

22
INFULATORUM NUMINVM

324
BASILICA

HONORIS & VIRTVTIS

ILLVSTRISSIMO ac REVERENDISSIMO Dño

D. STANISLAO

DE LUBRANIEC

D A M B S K I

DEI & Apostolicæ sedis gratiã

EPISCOPO PLOCENSI

Ad Ingresum suæ Cathedræ

^A
GRATVLANTE

Collegio Societatis IESV Pultoviensi

ERECTA, atq; DEDICATA!

~~~~~  
Anno, Ab Ingressu  
In Sacratissimum UTERI VIRGINALIS Templum  
MAXIMI PONTIFICIS CHRISTI.

M. DC. LXXX. II.

~~~~~  
VILNÆ Typis Acad: Societatis IESU.

Labor P. Stanislai Lopiczkijskiano Theologi Amici



In Stemma
ILLVSTRISSIMI.



95341

Tolle manum Mystes Virtus, cui **TEMPLA** dicantur
Te sacra Præsulei Pectoris Ara, vocat:
Insula terna, refert triplices in vertice **PINUS**
Nidos: his, Ales Victima, crevit Honor.



Abord Stanisłai Locienski. Ludimii Theologias
in Academia Vilnensi Solus R. P.



BASILICA VIRTUTIS INFVLATÆ.



ONSECRAST! pridem rectè factis Infulatam Vir-
tutis Basilicam; priusquam eandem Tibi, qui **VIVUM INFULA-**
TARUM, quia Præsule dignarum Virtutum **TEMPLVM** es,
calamus noster surrigeret. **ILLVSTRISSE** ac **REVE-**
RENDISSE **DOMINE**. Nihilominùs hodie, ad solen-

nem. Honoris Tui celebritatem, in tanto gloriæ concursu,
in tanta faventium cœlorum luce, in tanto gestientis populi
concentu, in tanto incolumitatis præconio, in cœtu meritorum, in gratulationum
corona, in communi motu, publicoq; confluxu votorum, affectuum, cordiumque
omnium, convenerunt Virtutes Illustrissimæ: hanc suffultam calamis, sepiâ pictura-
tam, gravem sub penna, prælustrem sub atramento, in charta æquè ac mentibus,
perennaturam, sub titulo Infulatæ virtutis, Basilicam lustraturæ. Stetit in hac **DAMB-**
SOIANI splendoris orchestra, Princeps reliquarum magistra, nominis incogniti,
quod se rarus quisq; suæ Fabricæ velit esse Præfectam, Lydium manu lapidem præ-
ferens: Tua hæc est **PIETAS** aurei morum fundamenti exploratrix. Stetit ex-
quisitior Archytas super cubum: **AMOR** hic est **PUBLICVS**, ad recti honestiq; nor-
mam tessellatum opus conformaturus. Stetit divinior Archimedes cum circino:
ZELVS hic est Tuus, cum **VIGILANTIA**, per omnem gloriæ latitudinem in-
stanter progressurus. Stetit mirabilior Ctesyphon inter Ephesia delubra: **SAPI-**
ENTIA hæc est, per **PRVDENTIAM** & **FACVNDIAM**, Celeberrimi No-
minis Tui magnificentiam conjectura. Stetit novus Buclides ad lineam: Tuorum
hic **MORVM SPLENDOR** est, ad omnem Patriæ, Europæ, cœli, orbisq; totius
tractum, Tuæ Laudis longitudinem examinaturus. Stetisse præterea vides Cœli-
tem matronam tali cultu spectabilem; qualem Ioanni Eleemosynario spectandum
olim exhibuerat: Tuam inde **MVNIFICENTIAM** collige, quam per indigos
spargis: lustrabit hæc pretiosissimum interni splendoris apparatus, Tuorum Bene-
fidorum indicem & iudicem. Cernis & istud quâ sacrificijs in oblationem Tui
Honoris, quâ libaminibus in vbertatem Tuæ Gratix, quâ holocaustis in odorem Tuæ
Famæ accinctam pulcherrimarum virtutum agmen: Tui **CORPORIS ANIMIq;**
COMPOSITIONEM existima: comparabit hæc exteriorem structuræ totius
pulchritudinem, ad formam Illustrissimæ Indolis Tuæ. Spectas & hæc in publi-
cum reptantia plebis de Tuo Honore gaudentis corda: quid hæc aliud, nisi viva
tintinnabula esse reputabis? quibus ad linguæ pulsus Tua claritudo incessanter per-
sonat. Spectas pullata minimæ Societatis **IBSV** pectora in hanc prodire panegy-
rim: quid porro? sibi ipsi condolare existima; quod Te vel pro dignitate, graviter,

vel pro gratijs amplissimè, vel pro eo, ac mereris satis nunquam laudare possit. quis enim eum dignè laudet? cuius excellæ virtutes, ibi primum laudis gradum conscendisse videntur; vbi oratorum vota, per laudabilium facinorum decursus lassata, poenè conquiescunt. Spectas deniq; maximum totius Poloniæ cor, publico in Comitijs Varsoviensibus designatæ Plocensis Cathedræ libramento, ad Arborem Tuam Gentilitiam suspensum: quid tandem? Magna hæc est Campana, magnis meritorum impensis comparata, atq; Tuæ Magnificentiæ omnino congrua: cui vel ipsæ clavæ, & sceptræ, Ducum, Regumq; favoribus agitæta, in tinnulas linguas celsère. quàm gratus hinc, clatusq; Tuorum meritorum sonitus latissimam Campetris Poloniæ vastitatem prætergressus, ad ipsos septicolis Romæ olivos repercussus, in auribus Summi Ecclesiæ Capitis gratissimè tintinnijt! vocalemq; Tuæ Dignitatis Famam iterato Echûs obsequio intra concavum Plocensis Insulæ collegit, cœlo audiendam & terris. Arrexit Pallas encomiastarum calamis compunctas aures illas; quas si quoties paginarû folijs occludit; toties clariùs futura æquè, ac præsentia audit. audijt sonoræ Nominis Tui Claritatem, protinusq; ei Sacram inscripsit Basilicam. Audijt sæculum Majorum Tuorum vitæ & honoribus clarissimum; demiratumq; Tuam Amplitudinem; Beatis Manibus DAMBSCIANAS Virtutes enarravit. Audijt Insularû Numen Virtus & Honor; nam etiâ Insulæ aures quædâ sunt, Ecclesiæ Orthodoxæ, semper patentes: his illa Capitum encomia tum maximè audit; cum eas emeritis capitibus imposuerit: intellexit **VIRTUOSISSIMI** pariter ac **HONORIFICENTISSIMI PRÆSVLIS** Solemnitatem imminere; ad eamq; omne virtutum, honorumq; famulitium submitit perlibenter. Pulsent etiam hodie DAMBSCIANÆ Magnitudinis impulsu cor Polonum merita: convocabit illud emeritæ dignitatis præcones, Laticlavios, ac Equestres status; convocabit omnes ætates, memoriâ tanti Præsulis dignissimas; omnium oculos DAMBSCIANUM splendorè, per Insulas veluti per tubos opticos, contemplaturos convocabit. Et verò jam eos vel ipse calamus pupugit, & stimulavit: Intersunt celeberrimæ Virtutum Lustrationi. Legunt omnium oculi inscriptum Numinibus Insularis titulum: neq; enim amplius Virtus & Honor nudum caput habere poterit; quod vt pote ad Insulas natum, ne forte inter varios rerum afflatus frigeat, dignissimis Dignior DAMBSCIANA Dignitas, congenito splendore investit. Discunt omnes ætates, Basilicâ hanc Præsuleâ fieri, satis esse ad Gloriæ Magnitudinem; DAMBSCIANAM fuisse, satis ad virtutum omnium Sacramentû. Intelligit omnis status, firmiter in pagina quoq; stare; quidquid sublimiùs excurrit, quàm vt panegyri attingi possit. Bono omine, lustrate Virtutes Architectæ, è structura nigroris literarij, num bene conijcere poteritis in publica Ecclesiæ & Patriæ luce DAMBSCIANORVM Meritorum sumptu comparatam Basilicam? Non corruet spes ab alto, quam tum adhuc crexistis; cum in vivo Domicilio Præsulei Pectoris, DEO, Ecclesiæ & Patriæ, sacra disposeretis molimina. Manum hîc vestram, ac imprimis Virtutis ingenium contestari placet: vobis primariò hæc cedat provincia; quòd vestrarum hoc Opus artium, Ædem hanc Ædilis Gloriæ, pietate fundatam, amore publico distinctam, zelo ampliatam, surrectam sapientiâ, ditatam Munificentia, morum splendore collustratam, millenisq; alijs virtutum titulis, Ecclesiæ, Reip: Paci, Consilij, Gloriæ tandem Immortali dedicatam, & pridè illustraveritis & lustretis hodie. neq; verò aliam recognoscetis, ab ea, quam ipsæ construxistis, eò sublimiùs; quò profundius bonorum menti impressum illud de Optimo Præsule audijstis sensum; quo totus in evchendis Ecclesiæ, & Patriæ

necessi

WZ

necessitatibus audit. Si piè vivere fundamentum Ecclesiæ est; inferte, quàm firmè
 steterit ex nominis etymo hic *ATLAS NISVS*: cui gravissimo necessitatum,
 pondere, Ecclesiasticum & Polonum cœlum incubuit. excepit pronus tam ingen-
 tem molem: & vt publicum, privatumq; Religionis concursum colligaret; seipsum
 dedit *LAPIDEM ANGVLAREM*. Non jam miror Religiosissimi hujus An-
 tistitis caput toties in Tribunalibus, Senatu, cæterisq; alex plenis negotijs *PRO*
DEO & VERITATE desudasse: quandoquidem is, tam grande pondus baiulo
 deportabat capite, *FACTVS IN CAPVT ANGVLI*. Ibat ille ad purpurata Tri-
 bunalis & Senatûs Concilia; & simul in se grande *DBI* Cœlitumq; Concilium defe-
 rebat, cui sustentando ab Incunabulis, se totum veluti primum Lapidis iactum, e-
 tiam *MATERNIS* Votis devoverat. Ingrediebatur Electoralem campum; & si-
 mul electus ex millibus, vt pote Divini publiciq; Amoris zelo potens, plurimorum
 suffragia, extra limites vagabunda, anteambulone Prudentiâ, in Patriam reducen-
 do, illâq; Facundiæ & Gratiæ vi, quâ plurimum valet; quantumvis cum Xenocrate
 Gratijs non Litasset, etiam pertrahendo; ipso exemplo comprobavit, Campos, quoq;
 Polonos Regum Potentissimorum esse feraces: quibus pridem sanguine rigatis, ma-
 nu ferroq; cultis, ad laurum, palmarumq; fomentum; jam tandem ad sceptrorum
 quoq; Regalisq; Pomi incrementû, novo sudoris imbre irrigandis, ingenio capiteq; exco-
 lendis, omnes ille consiliorum labores, omnes sapientiæ impensas, omnem Prudentiæ
 Industriam, omnia virtutis Palladisq; instrumenta, cor, linguam, calamus, per omnes
 ætatis facinorumq; tractus non magis constanti; quàm magno spiritu impenderat.
 Subintrabat ille Palladis lycea, vel in primis annorum vijs: adibat externi solis peri-
 pheriam, in ipso virtutum, sapientiæ, gloriæq; motu: in hoc etiam magno Ecclesiæ
 & Reip; Polonæ conspectu, adibat (zelo Religionis postes recludente) Divinæ
 Themidis Curiam; à quâ pleriq; Lechici Amphictiones, seu respectu, seu audace
 timoris, duroq; sanguinis impetu removentur: adibat intimum Devotionis penetra-
 le; è cuius pessulo negotiorû mole Pompilij pleriq; & Traiani excutiuntur: adi-
 bat arcanum Munificentæ Beneficiorumq; ærarium; in cuius ingressu rarus Titus
 diem non perdit, rarissimus Skarbecus aurum auro superaddit: adibat Commissio-
 num, Functionumq; variarum adyta; è quibus sæpe dementati Vlysses, vel Attilij ex-
 cidere; postquam ipsi prius rerum omnium administratos, Zelum & Candorem, è
 tam sublimi fastigio præcipitâsunt: adibat augustam facundiæ aulam, in qua multi
 Demosthenes & Tullij jam in propria causa, jã pro innocētia tot Lechiæ Milonû, inter
 Clodianas turbas, ad angusta deturbantur: adibat ipsum Prudentiæ, sapientiæq; cacumē:
 ad quod Psyllorum, Coræborumq; nemo eluctatur, licet cum obstante adversarum
 procella, vel prosperarum rerum inani aura, continuo luctari videantur: totum
 denique Amoris publici, Honorisque Sacrarium, jam pœnè ipsis Decijs, Coclitibus,
 Fabijsque inaccessum, teste clarissimo, in tot Comitijs, velut in pupilla Libertatis
 Polonæ, probatæ veritatis oculo, ingrediebatur: & simul inter primas ætatis vias,
 cordis, affectuumque Terminum *DBVM*, concertantium Iuventæ spirituum Brabium
MARIAM IMMACVLATE CONCEPTAM, regij callis Exemplar Indi-
 arum Apostolum *XAVERIVM*, cæterosque Cælites; per ipsos ad exterum solem
 motus, patriam morum omnium commendationem; per omnes Negotiorum, Tri-
 bunalium, Senatûs, Ecclesiæ, mentium denique humanarum introitus, *OPTIMI*
*DIGNISSIMI*q; nomen, infractam animi fortitudinem, irrequietum Religionis
 studium, liberalem vivorum æquè ac materialium Templorum cultum, dexterita-
 tem in rebus gerendis, ipso vultu perorantem magnanimitatē, omne virtutum omni-

um pondus, omne, omni statui patens, rarissimo cuique subeundum, Patritio, Iudice, Consiliario, Senatore, Polono, Præsule, & vt compendio loquar, *DAMBSCIO* dignissimæ vitæ, facinorumq; omnium Sanctuarium. ad ipsam Gloriæ invidiam, ad ipsam virtutum admirationem, instanter circumferebat. quàm accommoda hæc Templo Virtutum erigendo, fuerat, estque materies & substructio! Fateor jam ingenuè non me mirari quod admirationem omnem postulat. Primum quidem est: eam Præsulis Bmeritissimi ætatem, toties inter Tribunalia, in Area, Araque Iustitiæ; toties inter gravissima negotia, ad Altare Publici Amoris, inter maximum quemq; Officiorum cætum, in intimo Honorum Sacrario, Infulatos cultus insuper indutam constitisse; quæ plurimos, si non omnes, solâ pœnè prætextâ contentos ad alteram vsq; pueritiam, à longè iubet expectare, non aliter Infulatum conclavè ingressuros; nisi per propinquum, Mausolei vestibulum. nempe istis multâ nocturnum dierumq; strue, ceu albis nigrisque distinctam lateribus, pro eborè, inter canos reudentem, pro laquearibus, rugarum intervallis lacunatam, pro auri pallore, pallente senectâ incrustatam, non nisi cum Ephejs super lanam proprii capitis, superque carbones quos annorum busta exulsère, parvi orbis miraculum sui Pontificatûs Fabricam, mox inter mortuales rogos arsuram depontanus Architector Honor diu ædificat: quia solus. At Præsulis nostri Infulatam *BASILICAM*, tot, ac tanti Magistri Honores, tot ac tanti Artifices pro bono communi labores, tot ac tantis Vitæ ipensis, omniû affectibus in operis partè cõcurrētib9, Annorû vicè, nō supplētibus modò, sed plûs quàm dici, aut scribi potest superantibus virtutibus, in sublimi meritorum fastigio, super petram, ætate satis inaccessâ munitam, & in hoc ipso annorum situ, firmo constantiq; animo duratam, citiùs quidem quàm cæteri sperare incipiant, erexerunt; verùm diutissimè; nobis, Patriæ, Ecclesiæ, Æternitati, DBOq; stabilem permanfuram. Atq; hanc primam admirationem tantarum Virtutum machina penitùs subruit, vel ideò; quòd nunquam ruitura credatur. Altera erat mirandi necessitas, quam insolita de tanto Præsule Populi gaudia imposuère. Non hîc alienam affero fidem, quæ plerumq; etiam allata, penes suos remanet Authores; consciùm, testemq; me ipsum habeo. Decurrerat comes Famæ Rumor, è Comitij9 erumpens, per Plocenses Areas *MADALINIANIS VOMERIBVS* ad incrementû gloriæ excultas; Ferrum hoc, quod ego pro memori Beneficiorum animo, satis dignè nominare non possum. Vomeres hos, laudum, Nominisq; Colonij9 ducendis plurimum valentes, in Vladislavienses & Pomeraniæ campos, esse transferendos enunciavit: sterere attoniti vivi cordium Agri *MADALINIANIS* gratijs exarati: & prope esset, vt salvis, quos dolorum nubes excutiunt, imbribus proluti, sterileferent; nî *DAMBSCIANÆ* Virtutis Anteaambulo Fama accurisset: & ab Arbore Gentilitia in omnes quâquâ patentes pectorum Agros derivandi succi, spem, eo effectu diffudisset; vt & Honori *MADALINIANO*, consentanea gratulatio succresceret, & *DAMBSCIANO* Nomini, plûs, quàm admirabile gaudium maturaretur. Audivi ego Plociam, extra Vistulæ littora, affectibus, quasi aquis Civitatem DBI, eiusq; Basilicam lætificantibus, exuberare: audivi Lomzam, totamq; Dioccesim se ipsâ altiùs in votis exillire. vidi ego Pultoviam, arridentis populi murmure, Narviæ susurros imitari: vidi Noscoviam minimæ Societatis nostræ sagittam, verace gaudio excussam, sancti *DAMBSCIANI* Pontificatûs nunciam Abaride feliciorè, & Mazoviæ Aquilas, & Litvaniæ Equites indefesso cursu prosequi. Credi, non dici, vix potest, quantus

tunc omnem Pultoviae Clerum, in vultus & faciem diffusus occupaverat lætitiæ fervor: quis sensus civium, quis plausus vulgi, per ora & votorum oracula, non serpebat, at libero passu gradiebatur: qualis quantaq; Noſcoviæ Palladis hilaritas, quale prænobilis Juventæ Pultovienſis tripudium, qualis minimæ Societatis noſtræ exultatio, quales omnium affectus, ſcholas, Collegium, Pultoviam totâ afficiebant. videre hi oculi, audire hæ aures, mens & hodie videt, pectus audit, nō ſecus ac vivi illius Habitaculi; in quo lætantium omnium facta eſt habitatio, DAMBſCIANÆ Virtutis præcones omnium lætantium voces. illi magnū natalibus, illi magnū conſilio, illi ſenatorē digniſſimū; hi maximum veritatis Defenſorem, hi Præſulem Religioſiſſimum, hi Patriæ, Eccleſiæ, DBOq; Amiciſſimum, vno ore, vno ſenſu, Optimum loquebantur, & loquuntur. Sic itur in altum, ſic incedit quem probitas manu ducit. Quis hinc per tanta gaudiorum portenta diſtractum ſemet caperet; niſi totus intra Virtutum DAMBſCIANARVM Amplitudinē collectus caperetur? & illud eſt quod & tertium penitenti animo exemit ſcrupulum, quem hebes hæc penna mea, mihi metipſi infixerat, non ſine miro mentis vulnere: quò illa ſauciata, ſtupuiſſet calamum hunc coeteroqui ad alia ſegnem, nihilominus in ſtadio DAMBſCIANÆ Panegyris alacriter procurriffe; niſi maximo Bafilicæ hujus ſplendore circumfuſa, mirabile nihil ampliùs cernere potuiſſet. An non enim hic ipſe calamus tametiſi & nullis tanti Præſulis laudibus par; & omni laudatione indigniſſimus, tamen, non quidem laudis, quæ impenſa eſt; ſed dictionis, quæ primum ſaltem facinorum veſtigium metiretur, faciliſſimè terminum attigiſſet; ſi non talem, qualem nactus eſt, nactus fuiſſet ductorem. Videlicet facile volat penna, quod ſi veræ laudis ſpiritu agiteretur: laus extorta, & ſe; & ſui encomiaſten exanimat pennam: in atra pagina quomodò quid notet ſepia? pupillam veritatis pungens, quomodò eam non lædat calamus? in plano virtutum ambulandum eſt, nè præceps actus, in oculos omnium incidat, eoſq; vulneret. illud verò ego planum exiſtimaverim; quod ad plenitudinem DAMBſCIANÆ Virtutis accedit. Verùm quò ſui oblitus tandem proruit calamus? Luſtrationem DAMBſCIANI LARARII à Virtutibus ſuſceptam, demiraturus erat; & ille in planitiem ipſarum virtutum ſe ſe infert. Hic ſiſte calame: nunquid tu vno, eoq; tenui pede laudum intervallo percurrere poteris, quæ in multam, eamq; validiſſimam æternitatem porriguntur? Brunt, erunt gravioreſ Plinij, qui ſacratiorem hunc Traianum ſtyli Majeſtate proſequentur. erunt Divinioreſ Horatij & Virgilij, huius Mæcænatuſ cultoreſ ſtudioſiſſimi, qui omnem Poëſeos concentum Bafilicæ DAMBſCIANÆ conſecrabit. Surgent facundioreſ Tullij, qui è ſacriſ huius Templi exedriſ, verioreſ huius Iulij panegyreſ declamabunt. At mihi vobiſcum reſ eſt, Virtuteſ architectæ: quæ vobiſmet ipſiſ conſtans ſanctuarium hoc luſtraturæ, conſtititiſ. non hinc fundamenta pietatiſ, non apicem inſulatuſ Honoris, nec Inſulatarum Virtutum moleſ, amplitudinem, dorem, pulchritudinem, aliaq; Ædiſ huius attributa examinat; donec priùſ Bafilicam Veſtram ingreſſæ, hinc inde è parietibuſ pendulaſ Imagineſ contemplatæ, in ſacrarium inluper tribuſ Inſuliſ ornati Honoris introieritiſ. Ibi omnium Imaginum Imaginem, & in hac ipſa, voſ ipſaſ, veſtramq; Bafilicam (quoniam quanta eſt, & quàm magnifica; nè ſibi ipſi conſtare poteſt) ex arte mathæſeoc, videlicet per umbraſ ab Avitiſ Imaginibuſ porrectaſ, & non niſi in Præſulem Illuſtriſſimum, ceu in pellucidum Inſulatuſ Numinum, Bafilicæq; corum, ac omnium Imaginum ſpeculum incidenteſ, colligetiſ, & luſtrabitiſ. Nunc verò, in tanta

cunctorum expectatione, omnium votis, & potissimum nomine assurgere volentis Fabricæ, ipsiusq; Noscoviani Pultoviensis Collegij, nec non totius minimæ Societatis IESU affectu, promite oracula, auguria, spes, præconia coram vniuersa Lustratorum concione divulgate: & ne quam captandæ benevolentiaë occasionem prætermittatis, ad Illustrissimum Præsulem, hanc vel similem præmittite præfationem: Macte animo inter optimos Optime, inter dignissimos Dignissime Illme ac Reverendissime ANTI-
S T E S. Non, metuet, oblivionis ruinam, prævalidum, hoc structuræ merito-
rum Tuorum pondus; si levis pennæ non levibus fulcris incumbit; nequaquam avo-
labit inquilina Basilicæ huius Memoria; quandoquidem pennas in columnas dedit,
non metuet injuriosos adversantium cataclysmos nubium, Tuum istud peregrinantis
gloriæ Domicilium; si triplicis Infulæ tegumento communitur, profluvia utiq; hæc
per convexum biverticis Mitræ devoluta in intimam trium Infularum capacitatem
confluent: quam ubi impleverint; tres profundissimos efficient puteos; ijsq; Invi-
diam, Fatum, Casusq; omnes demergent, non metuet conjuratam ventorum fe-
rociam, stabile istud Tui Nominis monumentum; si paginæ in folio quod vento ra-
pirur, tantæ firmitudinis feracem possit stationem; quantâ donantur codices pon-
derosis Gravissimorum Virorum facinoribus onerati. gravior quippe est papyracea,
quàm aurea tegula: quod si hæc variabilibus respectum flabris merè suspendatur, illa
maximis virtutibus, firmissimè cohæreat. Stabit Lararium hoc Tuæ vitæ, quæ Te
non Plocensi modò at omni Pontificatu dignissimum proficetur. Fatiscit iam sub pon-
derosa vetustate Tarpeia moles, illudq; de quo Pœta; vnum præ cunctis fama lo-
quatur, opus; stabit quantumvis currenti calamo propositum istud Bonorum omni-
um Receptaculum: in eoq; plenariam inopes indulgentiam consequentur; in eo sa-
cra Consiliorum Mytheria Publicus Amor Poloniæ communicabit: ad illud peregrin-
næ etiam laudes DAMBSCIANO Nomini devotissimæ convenient: in eo beneficio-
rum fontem omnes gratis; boni omnes Asylum in eo reperient. Iacent Pergama, ve-
tus Theba centum jacet obruta portis, Macedonis Tabernaculum pridem corruit:
stabit æternum Templum hoc STANISLAI magno Nomini inscriptum: in eoq; Populus
ad solatiū, Pultoviensi Societatis IESU Collegio Fabricæq; ad incrementum, Toti mi-
nimæ Societati IESU ad propugnaculum, Reip: & Ecclesiæ ad omne, bonum,
nobis ipsis ad augmentum, Tibi ad Incolumitatem, Gloriæ DAMBSCIANÆ ad
Immortalitatem accommodatissima, Honorum, Laudum, Affectuumq; omnium Sacri-
ficia, ipsis Honoribus, Laudibus, & Affectibus jugiter litabuntur.

Ita vovet ac preceatur

Intra Virtutis Basilicæ, ad Aram Honoris Dambsciani consistens,
Tuæq; Illme ac Reme Dominationi Devotissimum

Collegium PULTOVIENSE Minimæ Societatis IESU.

ADI



ADITUS BASILICÆ VIRTUTIS

VETUSTISSIMIS IMAGINIBUS ADORNATÆ.



Xeste novi Apelles, & vetusti Apollines:

*Pictoribus hic & Pœtis nihil amplius licet;
præter non fingere, nec pingere.*

Pingatur solo calamo, quod confictum est;

*Veritatis candor atrore calami non illustratur,
nisi tum; cum SEIPSO illustris est.*

Vetustæ hæ Imagines;

Quas Virtus perfecit,

Gloria expressit,

Honor proposuit,

Viva Veritatis anathemata sunt:

Et cum Antiquissimi Generis Imagines habeantur;

Nec Antiquum, nec novum Imaginû genus habent.

Antiquum est Apollini, Veritatē adumbrare, non illuminare.

Nil Vetustis Imaginibus æquè displicet;

Atque hæc vetustas.

ILLUSTRISSIMÆ enim sunt,

Novi sunt Apelles,

qui incerta pro certis, obscura pro claris pingunt:

Nil Veritatē, Imaginû harum artificē æquè inveterat;

Atque hæc assentatoriæ artis novitas.

Ille sola pictura virtuti placent;

Quæ non sunt ad placitum Encomiasta,

Sed ad ductum veritatis expresse.

Ingrede spectator hanc *Virtutis Basilicam,*

& specta,

non duci rectas lineas, nisi ad normam VERÆ LAVDIS.

A

PRIMA

✠

PRIMA BASILICÆ PARS ILLVSTRISSIMAS DAMBSCIORVM IMAGINES REFERENS.

VOTIVÆ ANTIQVITATIS IMAGINES.

TAbulæ hæc Pineæ, DAMBSCIANA ab Arbore excisæ,
Non *Cybela*, sed *Honori* sacrae sunt.
Admovit ijs *Vetustissima Familia Antiquitas* scalpellum,
& NOVA inculpsit MIRACULA.

Sta Spectator;

Ut ab antiquo MIRACVLOSAS esse IMAGINES tibi constet:
vel Avitæ Arbori innitere;

Nè præ stupore corruas.

Ipsum *Volubile Numen*, quod nusquam stare potuit;
Hic constanter stare debuit.

Rotam namque fregit,

cùm in DAMBSCIANAM Arborem impegisset:

Et *Cacum* alias,

Ad novitatem prodigij respexit.

En novum at fortunatum miraculum:

Cæci vident!

Aperit oculos pœna, quos clauserat culpa.

Luit ergo *Fortuna Inconstantiam*, ad *Pinum* stando,
Quod plures etiam *Cedros* transfilerit.

Magnæ *Cedri* Magnates sunt,

qui inter minorem *Arborum inversarum* turbam caput efferunt.

Prædicta *Miraculorum* sculptrix *Phidiâ* fidelior,

Vni stipiti insistentem cum triplici vertice *PINVM* effinxit.

Aliud novum, at non fictum miraculum,

Pes unus; & tamen tria capita!

Quippe *Domus vna*, & tria *Agnomina*,

GODZIEMBARVM, LVBRANSCIORVM, DAMBSCIORVM.

Vno videlicet tractu per *Gloriæ* lineas ambulat,

Hæc magna *Nomina* & *Numina*.

Istud similiter novum, & magnum *Miraculum*,

Imagines; & tamen vivunt, si ambulat!

Magne *Heroum Anima* emortuis non adherent simulacris.

*Stemma
DAMBSCI-
ORVM, est
Pino cum
tribus su-
mitatibz*

*Lubran-
sciorū &
Dambscio-
rum, vna
eademque
domus est,
Diversa
vero A.*

Nec satis est. plura suffecit *Honor.*

ANTIQUISSIMÆ FAMILIÆ meritum coronaturus,

In triplici PINVS Corona, tres nidos sculpsit,

Virtutis, Sapientiæ & Gloriæ:

Vt augustum miraculi partum dum incideret; imperaret:

Ex utroque Cæsar.

En novum, at Compendiosum miraculum,

Nidi sculpuntur; & tamen partus exprimitur!

Non novum est Divinius mentibus plus significare, quã signare.

Signaverat GODZIEMBA, Moravi frontem, evulsâ Pinu;

Ut cedro dignam suam fortitudinem significaret.

Scriptit suæ Nobilitatis Animam in hostili corpore.

Ut hac scripturâ simul & deleret hostem;

Simulque Gloriam legeret amicam:

Et ab eadem suus ex antiquo Amicus legeretur.

Nequẽ enim Gloria sic feriari novit.

Quin inter suas ferias Celebritatem *Vetusti Stemmatis* elaboret.

Stetit & hîc pridem, *Godziembarum Pinui* affixa:

Nẽ impetu *Currentium temporum* abriperetur;

DAMBSCIANARUM Imaginum Lincamenta,

Ex Antiquissimis seculorum Circulis deducendo:

Rata, non solam sanguinis; sed etiam *stemmatis* esse viam,

Complurium GODZIEMBÆ Familiarum ductu,

In centrum DAMBSCIANÆ Antiquitatis pervenire.

Incidit huic *Arbori ducales* PANIEWSCIORVM clavas:

Timeat capiti, *Livor* vetustati DAMBSCIANÆ oblatrans.

Annotavit candidos WEGLINSCIORVM Honores:

Cacutiet, ad hunc fulgorem, Heroum denigrator Momus.

Impressit iisdem Ceris expressa,

GODEBSCIANI Nominis Symbola,

In Lucem Patriæ, & Religionis adumbrata.

Sublimitatem WYSOCCIORVM, SŁAWOSZEW SCIORVM Laudem,

MALISZEW SCIORVM Magnitudinem, dulcem memoriam

GORZKOW SCIORVM,

Capitalem GŁOWINSKIANCE Dignitatis censum,

ceu tributum Immortalitatis,

Nominalia RADECCIORVM Consilia, Vetustati Stemmatis provisura;

Omnia hæc, PINNIS CORONIS circumscriptit:

Gloriosum est per circos ejusmodi,

*Gnomina ob
dew. sionẽ
inter fra-
tres: quo-
rum uni
obtigis
Lubranico
alteri Da-
bie.*

*Hinc Ori-
ginẽ stem-
matis Go-
dziemba,
deducit
Okolski.
comi 1.*

*felix Pa-
niowski
primò in
Vngaria
exercitũ
curia, tã-
dem in Po-
lonia E-
xercitũ
Regni
Dux.*

Istiusmodi
 victores:
 pineâ Co-
 ronâ vici-
 gebantur.
 Nomina
 te Famili-
 lie et si
 sanguine
 Dambscios
 nō attin-
 gant; Ve-
 tustatem
 tamen E-
 orum de-
 clarant:
 ut pote i-
 dem stem-
 ma habē-
 tes.
 Dædali o-
 pera arti-
 ficiosa, mo-
 veri, in-
 gredi & o-
 videban-
 tur.

Ad Coronatam Pinnu Antiquitatem decurrere.

Consignavit pariter insignes ejusdem stemmatis Heroas;

WILAMIOS, OZYZIOS, KOBYLECCIOS, WOUCZYNSCIOS,
 K V C H A R S C I O S, SOSNOWSCIOS, PVOGIOS, RUSINOWSCIOS.

Cæterasq; Immortales GODZIEMBARUM Animas.

Quæ licet DAMBSCIANUM Sanguinem non participant;
 Vetustissimo tamen ejusdem GODZIEMBÆ spiritu animantur.

Hinc Gloria tot peperit ANTIQVITATI VOTAS IMAGINES,
 quot PINARIOS.

Non minus insolitum Miraculum.

Sculptura; & tamen pariuntur!

Virtus, Sapientia, & Gloria Dædalum agunt.

Et dolant; & volant.

Et fabricant, & nidificant.

Ligentur tamen Dædali opera nè avolent;

GODZIEMBÆ, vt volunt; ita volant:

Quia LIBERÏ LIBERÆ MATRIS FILII.

Nondum Polonia, Libertatis nidus audiebat;

Et jam de nido in nidum liberè volare audebant.

IMAGINES INFLATÆ



Insulæ sacri quidam nidi sunt:

In quibus Capita nidificant, vt membra fovcantur.

Huiusmodi nidos, An: D. 1172 involavit, voto communi delat9

Pro Alis Paterni officij vexillo vsus,

DERSLAI Siradiensis Vexilliferi Filius,

LUPUS GODZIEMBA Episcopus Plocensis.

Fuerit magna Archytæ ars, Ligneam columbam volare;

maior est LUPUM PINARIUM Sublimari.

Iam orbis iudicio istud maximum miraculum,

Lupus & tamen Gregem non involat!

Praclarus erat hic sine ironia Oviium Pastor LVPVS.

Inde casus miri;

Quod sub CASIMIRO IUSTO, è vivis ille abierit;

Qui pro vita Gregis vltra calus mortalium evolaverat.

Verum tamen nidos Insularum Año Dñi 1172. honoribus insecos.

Hactenus non deseruit Gloria.

Augurare Anime, quàm magnus sperandus Honorum partus,

Si tam magno Gloriæ labore, è temporū involucris excluditur?

ALV:

Derstaus
 Godziem-
 ba Vexil-
 lifer Si-
 radiensis.
 Okol: r. 1.
 Lupus G.
 dziemba
 Episcopus
 Plocensis
 circa An-
 num Dñi
 1172.
 Archytas
 fabrica-
 vit ex li-
 gno colu-
 bam aded
 ingeniose
 ut vola-
 ret.

A LVPO vertamus oculum ad *virum,*
Eodem nido prognatum, *iisdem tabulis* sculptum.
ANDREAS is erat, **LASKARI** dictus, **Episcopus** **Posnaniensis,**
Vir sui nominis, quia *Andreas.*

Reliquit novum, at commune *miraculum;*
Quia fortissimus, & tamen *fatis* cessit.
Nequaquam fatiscit, qui *vivit in sui* *Imaginem.*

Imago Heroum rediviva *Gloria* est.

Habes vnde gratuleris VLADISLAVIA

Te **Tibi,** quia *Domesticis Tuis* redditam:

Haec **primitijs Fidei** *Catholicae* nutriti *alieni nidi pullos;*

Donec *primū* in **Tuomet** **GODZIEMBA** *Pastorem* reperisses,

A quo nutriteris illo *alimento;*

Quod **domestica** **Lechorum** *altrix* **Gloria** *præparavit,*

DEI & **Apostolicae** **Sedis** **Gratia,** *in* **Infulis** *apposuit.*

Sic **Infulate** **Imagines** & **oculum** *palcunt;* & *animas.*

Expressit **hanc** *veritatem* **Ipsius** **DEI** **Gratia,**

In **gratioso** **IOANNIS** **LVBRANSKI** **Nomine:**

Infulas **Plocenses** *per* **IOANNEM** **ALBERTVM** **Regem,**

in **GREGORIO** **LVBRANSKI** **Archidiacono** **Cracoviensi** *delineavit;*

In **IOANNE** *nec sperante;* *nec aspirante,* *deduxit:*

Illi *promisit;* *huic* *misit:*

GREGORII *Humilitate* **Virtutum** **Matre,** & **Sorore,**

Ad **IOANNEM** *ex* **Fratre** **Nepotem,** *eas deferente.*

Inter *æquè miranda* *portenta* *ætas* *numeret,*

Dignitates *nec somniare;* & *tamen* *ijs* *invigilare!*

Privatæ *vite* *pietas* *etiam* *invitos* *in publicū* *rapit.*

IOANNES *grandia* *nec somniabat;*

Et *jam* *vigil,* *hic* *Ipsè,* *sed* *alter,* *grandiora* *agitabat,*

Amicus **alter** **Ipsè.**

Potior *tamen* *Virtutum* *amicitia.*

cum *quibus* **IOANNES** *dum* *ab* *ineunte* *ætate* *fædas* *lanxisset;*

Sanctum *certamen* *contra* *eum* *inière.*

Certaverit **Zeuxis** *de* *tabula* *cum* **Parrhasio;**

Hic *novæ* **Amazones,** *contra* *se,* *sed* *simul* *pro* *se*

Virtutes *certant* *cum* *Gratiis.*

B

vt **ambæ**

350
Andreas
(virilem
seu fortē
notat) **Go-**
dziemba,
Laskari
dictus. **Ep:**
Posn: **A. D.**
1398. **O-**
kols: **t. 1.**

A *primitijs* *Fidei*
Polonia
externos
habebat
Episcopos:
donec *primitus* *de*
stemma
Godziemba
Lobri-
sciorum,
Episcopus
Vladislaus
extitisset

Gregorio
Lubanski
Archidiaconus
Cracoviensis. **In-**
fulas **Plocenses** **o-**
blatas **re-**
cusavit. *sed* *in* *Io-*
annem, *Nepotem,* *Dos*
Strinæ &
Pietæ *te*
insignē,
transferri
vi *petijt.*

Zeuxis
vult *pi-*
etis *aves,*
Parrhasio

*luteo, i-
psum Zeu-
xem sedu-
xit.*

*Ioannes.
Lubrah-
ski ex plo-
censi ad
Posnaniē-
sem Epi-
scopatum
promoto.
exstruxit
in Dice-
cesi Plocē-
si scapen-
se Mona-
steriū S.
Fr. de ob.
Item in
memoriā
S. Fratru
Martyrii
Poloniae
esimivie
Illius
STANISL:
Dambski
successor
in Gloriā
& Epi-
scopatū
Antecesso-
rum.*

vt ambæ victrices, & ambæ victæ, victoriam dent alteri.

VICIT POSNANIA.

Præsulem Plociæ eripuit vt Plociam totam abriperet,
seu in effectu comitantem;
seu in affectu gratulantem.

Non totus tamen Plociâ abijt;

Quilui memoriâ in *Skapensi S. Fr. de Observ: Monasterio* reliquit.

Nemo suspicetur angustiam Honoris,
ob quam PLOCENSIS Cleri PATER cesserit:

Invenit namque locum,

In quo quinque *Fratribus Polonis* Augustale concesserit.

Atq; tot Antistitum laudis

Cōpendium, vnus hodie factus est STANISLAUS.

Hic etiam *novo miraculo* mortui ante STANISLAUM stant.

Stabit omnis ille; quem perennibus statuis sculpsit, & consecrat,

STANISLAI laudum, Antistita Virtus.

State & vos calami:

stupore hoc in novam admirationem excurretis.

In vno namq; IOANNE, velut in *Sapientie Imagine*,
cernuntur multiplices

IMAGINES EPOMIDATÆ.

Sapientia nunquam est sola.

Tot habet imitatores; quot amatores.

Pallium Doctorum, rete est

In capturam feriantium capitum, & animorum explicatum.

Benè est *Posnania*. Incidisti in optimas casses;

Dum intra Infulas IOANNEM capere, non in cassum nisa es.

Explicavit ille scientiarum retia,

Inter *Academica* Sapientium *Laureta*.

In eiusmodi sylvis Sapientia prædas venatur,

Seipsam in illis lucratura.

*Pallio Do-
ctores in-
vestiun-
tur.*

Non

Non ille Posnaniæ Infulas ita accepit;

Ut non etiam Posnaniæ, ad nominis formam, redderet Posnaniam,
Literarum cognitione reformatam.

Quam nemo alio cultu; præterquam in epomide pinxerit:
Academia mentis humane imagines veritate investit:

Imago mentis cognitio est.

Decuit fundari ab Ecclesiastico Scientiarum Basilicam;
Per quem tot in Ecclesijs sapientia bases constructæ sunt.

Religio fundamentum est scientiæ;

Scientia Virtutis ancilla.

Quidni in virtutem ac scientiam jus habuerit

Iuris vtriusq; Doctor?

Debentur Iuri civili Dignitatis laticlaviæ sacramenta;

Debentur Iuri canonico

IMAGINES HONORI ECCLESIASTICO SACRÆ.

SI Ecclesia cœlum est;

Terra jure caret in has Imagines, è cœlo pendulas.
stupete Mathematici.

Non amplius imaginarii sunt polares coluri.

Suspēdit ab ijs coluris erectam tot cœlorum; quot foundationū metropolim,

Primæ magnitudinis fidus,

Lucas Canonicus Cracoviensis:

Neq; tamen à nutu labilium temporum pependit.

Stabit temporum ruinis; quod virtute assurrexit.

Non franget fidem, inter nominalia terrarum fragmina,

Virtutis hujus testis ✠ *Kruszyni* Ecclesia.

Depellat jam cœlo Leucadium Senem Antiquitas;

Antiquum dierum habet Lucam nonagenarium.

An non id novum & antiquum miraculum?

Non novum est Lucam Miraculosarum Imaginum esse artificem

Suspendit ab ijsdem coluris Charitum effigies.

Regalibus gratiis expressas,

Bz

virtu-

Idem loq-
nes ere-
xit Aca-
demiæ
Posnaniæ
sem.

Et alias
fundavit
Ecclesias.

Erat Do-
ctor Vtri-
usq; Juris

Lucas
Dambski
canonicus
Crac: ere-
xit mul-
tas funda-
tiones. &
lateritiâ
✠ Kruszy-
ni Ecclesiâ.
Obijt no-
nagenario

Plurime
sunt Ina-
gines mi-
raculose
à S. Luca
pictæ,

virtuteq; libratas,

superiùs nominati, nunquam satis nominandi

Gregorius
Lubräski
archid:
Crac: Ca-
simiro &
Ioanni
Regibus
gratioso.
Fuit gene-
ralis oeco-
nomus, &
totius Au-
le Præfe-
ctus.

GREGORII Archidiaconi Cracoviensis *Humilitas.*

Dixerit non nemo, *colorem alimentum esse imaginũ;*

Hoc illæ nutriuntur, *vt in oculis humanis vivant:*

GREGORII Imaginem vivere etiam *in Capitibus* quis neget?

Reges, Capita; Consiliarii, Oculi sunt Reipublicæ.

Egit GREGORIUS generalem Regum *Oeconomum:*

Sic in Capitibus, totum Poloniæ Corpus aluit:

Ipse *virtutum alimoniã* contentus, absque *honorum impensis,*
invenit modum,

Quo et fata emorerentur; & facta vivificarentur.

Innutrita recte factis *Fama,* bolus est.

In mortem *Oblivionis,*

In vitam *Immortalitatis.*

Illi projectus; huic porrectus.

Affurge DAMBSCIANA ARBOR,

Pensiles è cælo Imagines *Altitudinem Tuam* prospectant.

Infer cælo, *Cœlicarum Mentium* fertile caput:

Ingredientur Tecum, etsi in terris *reliquate*

IMAGINES RELIGIONI SACRÆ.



Udite nundinatores animarum *Cælites!*

mutuò veniunt, non veneunt *Imagines Pietatis.*

Dedit illa ANDREAM Societati IESU;

Et IESU familiam, accepit in suam.

Præstantior jam Poloniæ Campis DAMBSCIANA PINVS,

si *Arbori vitæ* CHRISTO implantata:

Superior Poloniã statua hæc,

Quæ caput *supra Polum* constituit,

Basim *in minimo* reposuit,

Molem *in nihilo* suspendit.

Andreas
Lubránsce

Cœli, minimæ Societatis, & Humilitatis *ætypon* hoc est,

In

In ANDREA mortuo, vivum:

Si mori potest qui DEO vivit.

Hinc Andree Cineres, separatim Calissij accepere locum
nempe daturi Phœnicem:

Qui immortalem à mortalibus, sanctum ab hominibus,

Separatim Andream non mortuum testetur.

Quam pulchra hæc PIETATIS *sculptura!*

Debet hæc Religiosa imago DAMBSCIANIS & Smoszewscianis Ceris,

Quod Fraternalis Gloriam præluceat in cœlis.

At te *ocule*, hinc lynceum velim:

Ne claustrali pariete impediaris, quominus videas

ALEXANDRUM, ANDREAM, STANISLAUM.

Hi cum sociam vitæ Gloriam, fugerent;

Gloriam DAMBSCIANAM, in Societatem IESV attraxerunt,

Religiosis vinculis irretitam:

Quasi præter spem in Gloriâ incidentes, quam fugerant.

Elucescit religiosa pulla si tegat lucem.

Cum honoribus nollent famulari;

quocumq; irent, famuli eos sunt secuti Honores.

Magnus Religioni honor, contemptus Honorum.

ALEXANDER verè Magnus

nempe maximus sui microcosmi victor,

Terrena sponsalia vnius consortis repudiavit;

Sed diviniore sorte duas assumpsit:

Theologiam & Eloquentiam.

E divino hoc connubio igneum zelum suscepit

IGNATII Filius,

Fulminare, & tonare doctus Pericles,

Dum doceret, & pro concione diceret.

Tanti Ignis fomentum debuit esse tanta PINVS!

Inter hos ignes illustriorem mortalis umbra datura effigiem;

Quam si arsisset inter tadas Hymenæi.

ANDREAS verò Iubileum Nomini DAMBSCIANO indulgit:

Qui nihil adversus rigorem religiosum indulgeri sibi passus est;

Etiã cum plurima adversa pateretur.

Quinquaginta annis DEO consecratis,

C

Indul-

DAMBSKI
Frater Ill-
mi ex a-
lia matre
de Domo
Smoszew-
sciana, o-
bijt cum
opinione
Sanctita-
tis in So-
ciet: IESU,

In eadem
Societate
IESU, tres
alij Dab-
scij,

Insignis
Theologo
& zeloso
Concionator,
ante
ipsa im-
mediatè
sponsalia,
Societate
inijt.

Magno ob
servantia
religiosa
exemplo
annos 50
exegit.

95341



Indulgentiam totidem annorum consecutus est.
*Tales Ferie, tali sub Arbore erant celebrandæ,
Eidem suam insculpturæ imaginem!*

*De mili-
te religi-
osus, in
obsequijs
Collegij
Posnani-
sis obiit.*

STANISLAUS demùm æquè mundo militans, ac sibi,
In stipendium militiæ, CHRISTI militiam accepit:
Auræ Charitatis lorica inducus, cum exuisset ferream
Abijciendo bella contra homines; reassumpsit majora contra hominem

Se ipsum:

Tandem exantlatis militiæ spiritualis laboribus;
Pro stipendio se ipsum lucratus est,

Sibi ipse trophæum factus, & triumphator:
seu cùm sæculi victor, se Religione vinciret;
seu cùm Religione victus, se vinceret.

*Tanta duplicis triumphis Symbola,
Succisis duobus GODZIEMBÆ ramis decuit appendi,
Iisdem incisam DAMBSCIORVM Iconem signatura!*

Utiq; inter nigros Religionis colores,
Omnium visûs congregatiuos,
gratiùs intermicant

IMAGINES PURPURATÆ.



Cœurrant Patritij Sanguinis Comites Honores:

Senatoriæ DAMBSCIORUM Imagines comitia instituerunt
de PRÆSULE.

In purpura veniendum erat ad comitia Sanguinis.

Post multa meritorum suffragia,

Calamo, pro scipione, vocem dispensante,

Tertiò jam stetit optima constitutio pro Optimatibus.

Omnium Laudi, adjudicatus est STANISLAUS.

Signavit publica Regine Honorum, Virtutis effata

Regni Procancellarius LVBRANSKI.

Sola in contrarium timebatur taciturna Oblivionis contentio:
verùm & hæc Palatinum VINCENTII nomen reverita,
jussu vocis in literas palàm transfudit.

*Illius, jò
tertiò Se-
natorium
honorem
obtinet.
Lubrãski
Regni Proc:
Vincetij
Lubrã-
ski Palat:
Posnani-
ca A. D.
1386.*

jure

jure eodem victa; quo obsitebat:
Tacendo, victoriæ omnium, in VINCENTIO consentire visa est.

Legite ætates, videte sæcula,
SANGVINB scriptum decretum.

Digni tali Nepote, & Filio, Avi & Parentes,
Quia Ille tali Auo & Parente dignissimus;
Hic suas Effigies intuentur;

ubi eas STANISLAI Laws tuetur.

Vide ADAME Castellane Sionscensis in Te vivam,
in FILIO redivivam Tui Imaginem:

Et Te ipsum extra Te venerare.

Attrecta sagum, togamque,
Quam in sacrum paludamentum jam retexit
Elogiorum Penelope natura.

Talem Te natura formaverat;

Qualem longus labor vix quandoq; elaboraret.

Audi, inter surda sepulchri latibula,

Dilucida illa consilia in FILIO renata;

Quæ jam totum Senatam in Auditorem conciliârunt:

Dum ea in Lektionem deligeret Prudentia.

Talem Te præli, qualem prælij sudor describeret;

Si utrumq; in Tuam laudem conspiraret.

Lege chirographum purpuræ, cicatricibus subscriptum,

Sub Sigismundo III. & Vladislao IV.

Qui gloriosus vulnerum color, jam Tiaras tinxit,

Et perennitatem Prasulei Nominis consignavit.

ADAMUS in purpuræ, alter est Protoplastus in Polona Damasco,

Purpuratorum Pater Patrum, idemq; Purpuræ Filius.

Hic iam Viridis Pinus purpurascit.

Viror oculis gratissimus, etiam pupillam Honorum exhilarat.

Verecundantur ij meritis minores.

Nisi dixerim præ concursu genorosi sanguinis erubescere.

Nobilis DAMBSCIORVM Sanguis dum in cor Poloniæ illabitur;

Cæteris quoque membris byssum & purpuram induit.

Facilius flectitur in sculpturas Pinus

Tanto SANGVINIS influxu emollita.

Hinc tot simulacra lustrantur; quot vitæ lustra.

Hic Heros toties sub pluribus Regibus mortalium victor,

Semel tandem sub vno Casimiro mortalitatem vicit.

Adverte spectator vt paucioribus modis vixit;

C2

quam

330
Adamus.
de Lubra-
ni eccliam
bski Cast:
Sionsc:
Pateris II.
lustrissim
Vir togâ,
sagorq; ce-
leberri-
mus! sub
Sigismu-
do III. &
Vladislao
IV.

Cōsilia II.
lmi in sca-
natu pru-
dentissima
& diser-
tissima.

Triu' Sa-
uatorum
Pater.

Obijt sub
Casimiro
Rege.

quàm vivat, & vixerit.

Non unam vivit vitam, qui bene glorioseque vivit.
Si fulmina *Laurus* arcet; nequaquã credetur fulmine mortis ictus,
Qui sub *Laureas* CASIMIRI trophæa vitæ deposuit,
Nempe futurus novus *Miltiades*:
vt *Lechici* *Themistocles* inter tanta spectacula,
Insomnes spectent noctes:

Si noctes dici possunt;

Quas Illustrissimus Familiæ DAMBSCIANÆ meridies serenavit.

Sed iam spectator retrocede,

A PATERNA Imagine ad AVITAM accede:

Et eâdem luce Illustrissimam revide vitam.

ANDREAS de Lubraniec DAMBSKI Præsulis Avus,

Palatinatum Cujaviensium Konariensis Castellanus,

Exhibuit Imagines ad omnem venustatem politas,

Quæ reciprocâ politic illum exhibent.

Circumscripsit elæmolynis Religiosam vitam:

Quam ipsi fuisse amicam, in Ipso legimus.

In alijs liberalis, in hoc liberalissimus,

Quod scriptum pœnè Religiosis daret;

Dum Honores teneret, seu teneretur honoribus:

Omnibus omnia factus,

Religioso Religiosus, miles militi, civi civis.

Bellonam educavit in milite:

Et ideo Gratias omnium fecit sibi stipendiarias.

Omnium corda, & vultus in se rapuit:

Et ideo pretium sui omnibus reliquit.

Iure dubitaverim an obierit?

an potius abierit?

In posteris redditurus,

Et Se ipsum redditurus;

Religiosis Fratrem.

Civibus Patrem,

Patriæ, novum sanctioremq; Vespasianum:

In hoc mirabiliorem;

Quod diem non perdidit,

Etiam cum ultimam diei lucem amisit.

ANDRÆ vita, etiam post fata ineffabilis,

Funestum nihil habuit, præter Funera.

Quæ tamen potius *Agonalia* dixerim.

AVUS Il-
lmi inRe-
ligiosos &
milites
munificen-
tissimus.

Inter quæ fatis fatigatus **A N D R E A S**,
Quales speravit; in talibus Nepotibus respiravit.

Si *Alexandri* nomē quæreret;

Solos *Nepotes*, *Lysippos* inveniret:

Quem dum non artis ingenio in emortuis figuris;

verum naturæ genio in vivis pectoribus octogenariū efformarēt;

Octo decumanas beatitudines in pretium acciperent:

*Octoge-
narius o-
bijt.*

velut amplissimam dotem,

quæ *Gloriæ Honoribus* elocandæ sufficeret.

Et revera consecravit hoc Avitum votum,

Devotissimus Infulatus Nepos.

Omnes Virtutis Infulatæ decores, in se, velut in theatro circumtulit;

Quibus illectam *Gloriam* initiavit

Testi & Assilatrici Sedum Sapientiæ.

Ast Germani **PRÆSULIS** Fratres,

Alter *Inouladislaviensis*, alter *Konariensis Castellanus*,

Germanum *Gloriæ Honorem* desponsarunt:

Unde *Fama* gigneretur.

Quæ quidem **LUDOVICUM** Immortalitati inseruit,

Fatis humanas inter vices Ludentibus;

Verum **SIGISMUNDO** dotem persolutura,

Totum id subarrhavit;

Quidquid ad aras *Libertatis* Polonus despondit mundus.

Igitur *Castellano Inouladislaviensi* tantus laudum valor;

Quanta dignitatis energia oppigneratur.

Si Honor Virtuti nupsisset; non aliam dotem accepisset.

Capax laudum *Sigismundi* pectus, laudes virtute fæneratur.

Neque hîc absque novo miraculo

Fama gignitur; & tamen in dotem assignatur!

Divina quadam est dotis species, partum nomen speciosum.

Conveniebat Senatoriam Curulem conscendere,

Inter tot Legationes expeditissimum **SIGISMUNDUM**.

Quanquam adhuc ex officio *Fines* commissos peragrante;

Iam ultra *Gloriæ* fines, Meritum devehebat,

Vitæ metas feliciter prætergressum.

Regredere jam pupilla, ad stuporem Avitæ Lucis stans immota.

Videbis *Pineis* iisdem *Tabulis* fixum,

Annis tamen euntem, **IOANNEM DAMBSKI**

Castellanum Brestensem, Illmi Præsulis Patruum.

D

quem

*Ludovicus
Castellanus
Konariensis.
Sigismundus
Castellanus
Inouladislaviensis.*

*Multis Lega-
tionibus fun-
ctus.
Ante fuit
succomeravius*

Patruus
Illmi, ca-
stellanus
Brestensis
Cuiavi-
ensis, Vla-
dislao IV,
& Casimi-
ro III. gra-
tiosus.
Oblatum
Palatina-
tum non
accepta-
uit.

quem Nominis Magnitudo talem descripsit;
Qualem centoculi Argi nunquam satis legerent.
Non oculis modò; sed *duobus* Poloniae Capitis spectatus,
plausum tulit;

Regalibus Gratijs VLADISLAI & CASIMIRI
IOANNES exstitit spectabilis.

In hoc spectatissimus;

Quòd virtutis expectationem ipsâ virtute fefellerit:

Castellum enim Honoris ingressus,

Ad Palatium Brestensium Cuiaviensium Honorû non divertit.

Honoribus nunquam hospes, inquilinus semper visus;

Hodie quoque memoriam sui, reliquit *Domesticam.*

En novum, & famosum miraculum,

Fama plenus tumultatur; & tamen extra tumulum;

In Corpore Reip: & in Procerum animis spirat!

Creditus, non datus humo putatur;

Quem humanis in mentibus Fama sepelijt.

Alter Il-
lmi pa-
truuus Ca-
stell: Ko-
nar: Lan-
ciciensis.

Videbis adhuc alterum PRÆSULIS Illmi Patruum, si spectes *Sanguinem;*

Sispectes Gloriam; nequaquam alterum

Castellanum Konariensem Lanciciensem.

Imagines DAMBSCIORUM *Constantia statuas putaverim:*

Quas pulchro insultu Honor in Posteris aggressus,

Ne dicam infirmavit;

Imò in *pulcherrimum* quoddam *Laudum Firmamentû* formavit.

In hoc Firmamento connotâstis *Famam.*

Non ignotæ Magnitudinis Proceres,

Konariensis & Biensis Castellani:

Impressisti IOANNES *Dambscianis* Tabulis, *Honoris castrum*

Patruelis
Illmi Fra-
tulit.

Non diminutæ Nominis umbræ, *Castellane Konariensis,*

Germane, Patruelis LUDOVICI Virtutum successor,

Mortali victus qui cessit ludo.

Incidisti *Gloriæ* sculpturam *Castellane Biensis,*

LUCÆ Frater, illustris pari luce.

Parumnè id ad *prodigium;*

Frater Lu-
ca Cano-
nici Cra-
coviensis.

Diffusam per plures claritudinem; in singulis nò redigi in tenebras

Eandem ab omnibus, & totam à singulis prehendi Gloriæ spatham,

Divina quadam participatio est Incomprehensibilitatis:

Hæc quoties in partem Martij laboris venit;

novâ arte erubescit.

335

Pulcherrimæ Senatorum trabeæ sunt quas gladius confuit:
Et si hostili cruore pingantur;
Non soli Quiritum Honori;
Sed & ensi purpurarum tinctori, sunt consanguineæ

IMAGINES MARTI SACRÆ.

Visunt hæ votivæ Nominis, Ensiser Inouladis Iavienſis

Descripsiſti Hieronymæ Sacrum Nomen, enſe in ſcalpellum adaptato
Aptiſſimum hoc eſt ferrum, ad cædendum & incidendū.

Hierony-
mus (Sa-
orum no-
mē notat)
& Lubra-
nico dū-
ſki Enſi-
ſer Ino-
uladiſla-
vieniſis, o-
mnia bel-
la ſub ſi-
giſmundo
II. cum
gloria, &
amore Du-
cum pere-
git.
Eius Fi-
lii unici

Quo olim ſub SIGISMUNDO III hoſtes cecidiſti;
Eodem nunc tot luſtris comparatū illuſtre Nomen incidiſti,
Factis & Faſtis, annis & Annalibus pleniffimus.

Nihil juris decrepita ſenectus in eum habet;

Qui potiori jure à fabulis, in veritatem eduxiſti

Iovem inter Martios Cyclopes educatum:

Inter crepitus Bellonæ, enutritus,

In Filio IOANNE Magnæ ſpei Adoleſcente,

Laudi & amori Ducum adoleviſti,

Famæ quotidie naſcentis futurus Hæres,

Unicus in Vnico.

Magnas ſpes rebus maximis ali;

Quid hoc miraculo mirabilius?

Non fallat ſpes, quæ ſic alit, & alitur.

At vos Conſantiſſima Laudis Martiæ Monumenta

CONSTANTINE; LADISLAE, MARTINE,

Non levia Imaginum Avitarum titulis, addidiſti momenta:

Ita Bellone juramentum præſtitidiſti;

Ut Honoribus fidem ſervaveridiſti.

Si Mars virtuti deſponſaretur; tales filios expectaret:

Si Macedoniſ chalybiſ ſculptorem ageret; tales militum ideas efformaret:

Ille, ne potiores Romanis; quàm Poloniſ, Triarios pareret,

in adverſis ferreos, aureos in proſperis,

Nec frangi, nec frangere gnaros;

Iſte, ne mirabilior Marte, quàm arte appareret:

Parando æquè; ac patrando Heròes,

Veluti vivas conſtantis ſibi genij & ingenij ſtatuas.

Æmulare Calame gladios

A Lubra-
nico dū-
ſki pro
Patriæ in
Caſtris cu-
ſtant.

(Nam etiam tu acerrimè cum temporibus dimicas
Si virtute acuaris)

DAMBSCIANIS Statuis hanc incide epigraphen:

Viderint Theba armatos surrexisse viros,

ut mutuo conciderent;

Fertilior Herdum Polonia Campus;

Tot protulit Scipiones.

Ad Incrementum DAMBSCIANÆ Pinus assurgentes;

Quot Domestica ab Arbore excindi possunt scipiones:

Tam longi; ut & Lunas Gelonas attingant;

Et ad seram posteritatem famam Nominis extendantur:

Tam robusti; ut & Leonum Gothicorum capita conterant;

Et mordaci Invidia dentes excutiant.

Redi iam penna ad tuum officium:

DAMBSCIANAS Laudes relinque sculpèdas Publicis Officijs.

Nequè enim DAMBSCIANA Arbor ita induruit;

ut in solas duri Martis ideas flecteretur:

Sufficit sibi, Sufficit Honoribus,

Habet, vnde formentur

IMAGINES HONORIBUS VARIIS SACRÆ.

*Alij à Lu-
bránico
Dambsoj
bello Cla-
vissimi.*

*Iacobus à
Lubranice
Dambski
Vexillifer
Zatoriensis*



DAMBSCIANÀ Pini, formata IACOBI effigies,

Vexillo Officij velatur:

Velum est istud, soli Virtuti transparent.

Hoc Sacer Honoribus vultus tegitur.

Timet quippe profano videri oculo;

Quem ne Dignitas quidem videre potest, quin invidet.

Opportunâ hac invidiâ excitati Honores,

Dum singuli DAMBSCIOS mereri sibi pervaserunt;

Sub vexillum Virtutis DAMBSCIANÆ congregati sunt;

Eâdem Arbore, excita vestra simulacra intueri placet

Gloriæ placiti Castellaniæ Biaceses

Non deflexistis ab Aurea Cracoviensis Aquila linea,

Aureos mores ad omnem accommodantes flexum;

Quem longo ductu sub alas Poloniarum Alitum reducit

*Andreas
& Alber-
to Damb-
soj, in Pa-
latinatu
Cracov: &
sandomi-
riensi.*

Magna

Magnarum Alarum volucris Fama.

Impressistis pretiosissimos morum & animum vniones,
velut caelestium stellarum carbunculos,

Diviso Sandomiriae Clypeo,

Lineis ipsis comprehensuri, non pressuri,

Tam candidis, mentis & Avitæ Gloriæ candorem;

Quam rubeis, in Patriam Amorem.

Belli sunt qui candescunt mores,

Bellaces sunt qui rubescunt amores:

Adeò candidis & rubicundis bellum est Bellum,

Si non inter arma pro Fratribus;

Certè inter armos Fratrum.

In ipsa pace alternat Virtus, non mutat certamina:

Si desint arces; gloriæ metropolim pectus, occupat:

Ut publici Amoris præstitis, inibi relinquat Honores.

Quid hîc desideretur ad novum miraculū tātopre desideratū?

Non novum est,

DAMBSCIANIS & LVBRANSCIANIS accidere Honoribus,

Omne illud; quod sub numerum non cadit.

Vix magnis meritis purpura vœnit Senatori,

cui non antè DAMBSCII & LVBRANSCII prætiū dederint:

Uix Chronographorum nigricant paginæ,

Quarum umbris non affuderint lucem, eorum gesta:

Vix spectantur Sarmatiæ sidera in ostro,

Quod non antè induerint, Hæc cæli Poloni Astra.

Habes in Te reflexas tantorum Decorum Species

Flecti nescia DAMBSCIORUM Arbor.

Collegit Virtus gloriæ radios sub umbram Frondium Tuarum:

ut tūm in sole tabernaculum DAMBSCIANO Nomini poneret;

Cūm è tot radijs, solem novum effigiaret:

Testem & spectatorem habetis immotū cæli oculū Polū,

Etiā remotissima retrò Polonorum sæcula:

Hoc nouo & emerito Miraculo,

Extincta vitæ fax; & tamen clarescit in posteris!

Atavorum illustris mors, vita est NEPOTVM:

E.

Hanc

Alluditur
ad stēmā
Palatina-
tūs crac
& Sando:

336

me
ie Di-
gnitates.
Lubran-
sciorum &
Dambsci-
orum.

Hanc illi dum ad auge[m] provehunt;
Non minores Majoribus apparent,
Posteritas, Majorū brevis est quædam, at magna Imago:
Exemplum expectas? vel in vno *Præsule* *ſpecta*

COMPENDIUM DAMBSCIANARUM IMAGINUM.

Iſte anime! & ter exclama:

Quam prodigus prodigiorum parens triplex Godziembarum vidus!
Majora sunt hæc *Miracula*;

Quam vt maximam poſſint explere admirationem;
Si miraculum dici poteſt; quod *Dambſciana* Virtuti debitum eſt.

Atq; jam novum & ſibi ipſi mirabile miraculum,
Miracula; & tamen non miranda!

Nihil ijs admirabile; quorum captum excedit nihil.

Capaces *miraculorum* DAMBSCIANÆ Tabulæ nil magis mirarentur;
Quam ſi quid præter conſuetudinem *ejuſmodi miraculorum* accidifſet.

Continua Honorum viciffitudo apud alios miraculum eſt;

Apud DAMBSCIOS vicem ſubit conſuetudinis.

Mirentur *Historici* *Herbam* *vinam* diſſectam nec minui, nec emori;

Mirabilior eſt DAMBSCIANA PINUS,

quod plures in ſculpturas acta;

Eò majori vitæ & actorum incremento aucta.

Et licet excedant pupillam tot DAMBSCIORUM *Imagines*;

Quot ſigillatim nemini liceat recensere,

Ne *Arithmetico* quidem;

Nihilominus *Compendium omnium*, in uno *Præsule* cenſere,
& licebit & libebit.

Nunc claude oculos, & diſce *ſpectator*,

Tacendo mirari, quod calamo non potes imitari:

Clariùs ſonat laus corde clauſa; quàm ore aperta.

Hic demum inſcribe calame: *quàm*

Initia miræ, mira dat vitæ DEVS!

*Innume-
ra alia
Dambſci-
orum offi-
cia.*



AL

ALTERA BASILICÆ P A R S

ILLVSTRISSIMIS VARIARVM FAMILI-
ARVM IMAGINIBVS DECORATA.

IMAGINES,

ILLVSTRISSIMÆ IEMIELSCIORVM FAMILIÆ.

Verte tabulas spectator:

Easdem, & non easdem spectabis Imagines.

DAMBSCIANAS Paternus sculpsit Honor,

Ad Miraculorum speciem;

Maternus IEMIELSCIANAS illuminavit,

Ad Pulchritudinis specimen:

Immò Pulcherrimas effinxit, sine fictione.

In hoc easdem; quòd prodigio par sit vera pulchritudo:

In hoc non easdem;

Quòd suam vtraq; ostendet gloriam,

Quamvis in unum gloriæ ostentum còalitam.

Magnus diversarum Domuum federator Hymen,

Ita Magnatum animas iisdem lineis compingit;

Vt unicuiq; propriam magnitudinem pingat.

Quali formæ exprimendæ DAMBSCiana Pinus suffecit;

In talem, NIEC ZUIA IEMIELSCIORVM suffecta est materiam

Decuit viridi Godziembæ coniungi

E Siculis campis ortam, Arborem sectam:

Ut non modò exscindendis Trabibus sufficiat;

Quibus trabeatus Honor sustentetur;

Verùm etiam habeant Aquile, vbi nidum conficiant:

Videlicet in triplici DAMBSCIANÆ Pinus vertice.

Ex eo,

Velut è specula, Imagines IEMIELSCIORVM specularæ.

Pupilla pulcherrimo solis aspectu satiata,

Ez

Hic

337

Materna
Domus Il-
lme Prae-
sulis.

Iemiel-
sciorum
stemma
originè
ducit è
Sicilia.
Okol:tz.

Sicilia
stemma,
Aquile,
Trabes &c

Hic demum avidius novos haurit splendores,

Nunquam ijs. plenè satianda:

Quavis tantum eorum collegerit ad illuminandam *IBMIBLSCIORum* Imaginè

Collecta sub umbras *DAMBSCIANÆ* Arboris Gloria;

Quantum ad pulcherrimum spectaculum satis fit,

Imago hæc, oculus quidam pulchritudinis facta,

Oculos omnium in se convertit.

Oculeam totam dixeris,

In quam tot migrarunt oculi:

Quidquid spectabile Honor habuit;

Hic sub aspectum dedit:

Seipso nihil speciosius dare potuit.

Immo

Quò majus ornatui Lumen adderet;

Umbras Maiorum evocavit ab imo.

*parens &
Frater
Matris,
Illustria
sulis Ca-
stel: Co-
valiensis
Stanisl:
lemiel-
ski, Ino-
vladisl:
Tribunus*

Venere simul omnes in vnum venustatis simulacrum:

Et quantum decoris secum tulere; tantum obtulere.

Obtulerunt *purpureum colorem*, Martio calore liquatum,

Pace & bello Illustrissimi, *Coualienses Purpurati*.

Tribuit *validissimarum laudum fundamenta*;

Inovladislaviensis Tribunus *STANISLAVS*,

Laus valida, non debile pulchritudinis attributum est.

Tulit *virorem* *SOPHIA KRZYCKA*,

Laureati Nominis, & sapientie ferax,

Ex germana Sorore Neptis *LAVRENTII* *Archipresulis*.

Hæc virtus, & pulchritudo *Laureata*,

In *Fascijs Gebiccianis* *CORONAM* reperit,

æternæq; amicitie circulum corda vinculantem.

Niltamen decentius hoc decore nacta est;

Quam quod renata sit in *Nepote*,

PRÆSULE SAPIENTISSIMO.

Non alibi pulchritudo præripit palmam;

Quam inter sapientie Laurus.

Dedit cælo concolorem *tingituram virtutum*,

planè cælo data, *magnarum Virtutum Heroina*,

ELISA

*Ania Il-
lmi Præ-
sulis.*

ELISABETH IEMIELSKA, trium Senatorum Parens,
Quem sibi cælum dedisset; cælo redditura,
PRÆSULEM RELIGIOSISSIMUM.

Mater Ill.
lmi Præ-
sulis. quæ
adhuc v-
tero ge-
statu, Deo
Sacrum
fore pro-
m. sit.

Pietas viua quædam ornamenti pictura est,
Diuine illuminatrix Inaginis:

Ne dubita numeris omnibus absolutam,
In idæa Maternæ Virtutis,
PRÆSULE VIRTUOSISSIMO.

Qui nondum vinculis vteri solutus, in lucem prodierat;
Et jam ad DEUM votis Maternis cucurrerat,
Virtute ornandus ex alto.

Iure dubitaveris:

Pluranè ornamenta Mater Filio voverit?

An proprio etymo jurata reliquerit,

Votum Sacræ mentis, connotans tot honorum Sacramentis.

Quid enim ELISABETH, nisi DEVM juramenti notat?

Attulit innumeras alias Ceras, Familiæ Antiquitas:

Ne fortè illuminaretur Effigies IEMIELSCIORVM,
abiquè eo, quo arderet.

Admoverunt Tabula manum variij Honores,
IEMIELSIANIS manibus tenti.

Quid è tam pulchro apparatu appareret,

Nisi Ipsa Pulchritudo?

De qua non penes Troianum Paridem;

Sed penes Polonam Libertatem, iudicium esto:

Edisserat illa: quàm

Pulcher, de pulchro Stipite, crescit Honor!

Multis
alijs ho-
neribus
mulata
Iemel-
sciorum
Familia.

IMAGINES

ILLVSTRISSIMÆ

KRZICCIORUM FAMILIÆ.

Aude oculo apprehendere, quod pretio caret.
Pretium Auiti Sanguinis, nullo pretio estimari potest.

IMAGINES KRZICCIANÆ, pretiosissimæ,

In rubente campo pictæ,

F

Domus
Ave, Ill.
lmi Præ-
sulis.
Stemma
Krzicci-
orum, Cæ-
ps in mes

pro

dio, san-
guinerus
bens.

Pro pigmento, Sanguinis Succum imbibierunt:

Neq; tamen erubescunt;

Quòd pretium simile non reperiant.

Vnicum illis in oculo pretium est.

Quod illud?

Videre, quòd nullum sit.

Malunt rubeis carbunculis totæ conflatæ apparere:

Vt in æstimationem earum totus accendaris.

Gemmis esse pictas clarè liquet,

Quas nobilis Sanguis eliquavit,

Non ad poculum Cleopatraræ, quo regna biberentur;

Sed ad oculum Patriæ, quo Regnorum ornamenta viderentur.

Sub hoc pretioso pigmento,

Antequam KRZICCIANÆ Imagines sudarent;

Attemperârunt illud KRZICCIJ suis sudoribus,

Non fictis, neq; pictis:

Quos labor expresserat,

Pro Ecclesia & Patria.

His digessit lineas Virtus, Gestorum artifex,

Quas Merita ampliârunt:

Honor figuras indidit,

Quales ipse habuerat GNESNÆ:

Inter Archi-Episcopales Mitras ANDRÆ:

Quales palàm ostentaverat in MAZOVIA,

Inter Palatia STANISLAI:

Quales signaverat in magno Poloniarum Regno,

Sigillo minori:

Quales servaverat Posnania,

In castellis CASTELLANORVM,

In SVCCAMERARIORVM conclavibus:

Quis reliquas memoret,

Quas dignissima KRZICCIORVM facta fecere memorabiles?

Væneant nunc Aristidis tabulæ centenis talentis;

Leue id pretium ad gravissimos KRZICCIORVM honores.

In nullius pretij numerum veniunt;

Innumeris naturæ & virtutum talentis dotati.

Pretiosissime hæ figure,

Hereditario KRZICCIORVM calamo fixæ sunt:

Quem acuerant contra Hæreses,

Andreas
Krzicki,
arobiep:
Gnesn.
stanislas
Krzicki,
palatinus
Mazovia
Krzick: o
Pococel:
Regni. I.
tem alter
Capel: Po-
snania. I.
tem alter
Succam:
Posnania.

Innume-
ra alie
Krzicci-
orum di-
gnitates.

Sc

Scribendas hinc; nisi eas delēssent.

Hinc inter atramēti nigrores, cādicant Imagines KRZICCIANÆ.

*Appinxit ijs Aurea Libertas pretiosos flores,
E Gentilitio Campo decerptos.*

Legavit corollas Prudentis, ad coronas Regum legata. †

*Inseruit vniones Consanguinitas,
DAMBSCIIS uniendo.*

Donaverit Zeuxis sua opera,

Ideò, quòd nullum eis dignum pretium potuerit assignare;

Hæ Imagines ne donari quidem possunt:

Ideò, quòd pretiosissimas Pronepotis DAMBSCII virtutes signēt:

Intigne sanè donum, sed non donatum,

Quia natum:

Nec est venalis legitima Atavorum Gloria;

Qua ex lege Sanguinis, ad Heredem venit:

Computet ad calculos Arithmeticos orbis: quantum

Est cæli pretium claro de Sanguine Præsul!

IMAGINES

ILLVSTRISSIMÆ GEBICCIORUM FAMILIÆ.

E*ecerit Albertus Magnus loquax caput,
Mutum laborem diu floribus connectendo,
Flores hortorum esse linguas, sed mutas, non ignorans;
Solvit harum linguarum vincula Thomas:*

Et ecce tacuerunt.

Neq; enim decuerat loqui, præsentē, licet futuro DOCTORE:

Felicioꝝ artifex Virtus,

Facunda Antiquitatis oracula contraxit,

Dum Fasciam GEBICCIANAM extenderet:

Ut ei oraculis majorem intexeret NEPOTIS Famam,

Etiam tum disertissimam; cūm taceret.

*Nempe maternas obit vices filia Echo,
Ad nihil nata, præterquam ad loquendum.*

Neq; potuit aliò avolare hæc vocis imago;

Quam suæ vitæ fortiter illigavit GEBICCIANA Vittæ.

Quidni vocales nominem Imagines,

Quibus ab ore nomen est?

*Predicto
Archiep:
Ecol. stā,
& Remp.
cōtra Hæ-
reses. ope,
operā, &
calamoe-
gregiē tu-
tabatur.
†
Stanislas
Krzicki,
fuit Le-
gatus ad
Henri-
cum Re-
gem.*

*Stemma-
Gebiccio-
rum, Fas-
scia.
Domus
Avuncu-
lorum, Il-
mi Præ-
sulis.*

GEBICCIANÆ namq; sunt,
Dic age, pedissequa Gloriæ Echo,
Quæ inter magnas GEBICCIORUM Animas, sine anima spiras,
(Quanquam gloriosa facinora suos animant Authores,
Authoribus animantur suis)

Avitam Fasciam meritò dices circulum, & coronam Honorum
Quos GEBICCIANA Submissio vitavit,
Sed Dignitas vitavit.

Lauven-
tius Ge-
bicki Ar-
chiepsco-
pœ Gnesnē-
sis.

In hac textura formatus,
Magnus Primas, primusq; Polonia Princeps,
LAVRENTIUS ARCHIEPISCOPVS GNESNENSIS,
Legationibus gravissimis sæpius ad votum publicum functus

Bono omine Legationato LAVRENTII erat Nomen.

Nempe ex ipso Nomine ominari tunc licebat,
Quantas hæc Laurus, Infularum Coronas esset ornatura.

Germanus AVIÆ DAMBSCIANÆ Frater,

In hoc ipsi DAMBSCIO videtur germanus;

Quòd totidem vterq; Præfuleos annulos gestaverit manu,
Gemmaverit virtutè.

Tutus possidet honores, qui ab honoribus non possidetur.

Verùm

Taceant hic oratorum linguæ;

Dum MATER DIVINI VERBI loquitur :

Quam, fama est, Laurentio in Imagine sua locutam.

Ecquam imaginem in voces non cogat

Hæc spontanea Imaginis, DEIPARÆ, loquela?

Credo ego iam tum in Laurentio, visitatam

Neptem LAVRENTII ELISABETHAM:

Vt haberet ELISABETHÆ Filius,

Nomine STANISLAVS, gratijs IOANNES;

Vnde ad MARIANAS GRATIAS exultaret.

Quàm beatam putamus GEBICCIANAM Imaginem,

Cùm eam BEATISSIMA, sic beaverit?

Iam de Laurentina, poterit dici LAVRETANA.

Quam non impertijt Oraculi vocem

MARIA, Veracissimum Triados Oraculum?

In vna Laurentij Imagine, omnibus;

Qui Laurentium in se, velut in imagine exhibent,

Affudit gratiam, Omnium Gratiarum MARE.

Verùm translato oculo ab Archi-Infulis Gnesnēsis, ad Infulas Cracoviētes

Fama est,
quasi eū
Augustis-
sima Vir-
go allocu-
ta fuisset.

PETRUM, *Ecclesia Petram videamus,*
Præsulem pro lege & grege Vigilantissimum.
Bene est. In Petri facie stetit *Gebicianorum* Heroum acies,

PETRVS
Gebickè
Episcopus
Cracov.

Honoribus semper impugnata, semper constans,
Quid enim PETRA dicat, nisi stabile?

Magnorum aëtorum compendium,
Breue est artium omnium impendium.

His ingressus IOANNES VLADISLAVIAM,
Nempe validam Magnorum Præsulum viam.

Ioannes
Gebickè
Episcopus,
Vladisla.

Viatorem puto pedo saltum *Episcopali:*

Hoc baculo lupos terrente, oves conveniebat ali.

Isdem Cathedras *Luceorienses* ANDREAS ingressus,
Urbanitatem in pascendo non prætergressus;

Andreas
Gebickè
(cum Of-
solinio Ro-
mâ vedux)
Episcopo

Romam prius *supremi Pastoris Urbani sedem,*
Seipso satiavit;

Luceoriën-
sis renun-
tatus est.

Tum demùm dignus reputatus est; qui pasceret gregem, simulq; REGEM.

Nam etiam Reges gloriâ saturi, magis explentur;

Si aspectu virorum gloriæ plenorum pascantur.

Colligavit hæc vitta, cætera honorum insignia:

Nempe: *Palatinorum, Castellanorum, Pocillatorum,*
Fasces, Subsellia, & Purpuras.

stephano
Gebickè
Palatino
Lanciciën-
Gebickè
Castell:
Plocensis

Induit in STEPHANO *Palatino Lancicia, sui Palatinatus coronâ.*

Acceptit *Plocia, in Castellano suo GEBICCIO,*

Libertatis propugnaculum,

Virtutis arcem.

Nec *Pocillatori Posnaniensi, generosus defuit fortuna haustus,*

Quo sudores bibuntur pro salute Patriæ.

Gebickè
Pocillat:
Posnan.

His ille lapidem tories tractatam, è munere officij, insuper invitavit:

Ut *Nepotibus fieret commensalis, & officiosa.*

Obsequenti semper pede ante GEBICCIOS stans Honor,

Supra superstites ternum caput reposuit.

Immò triplex *Capitolium, Virtuti* posuit:

In Castellanatu Lanciciensi,

Castellanatu Plocensi,

Et Capitaneatu Vyscensi.

Gebiccij
supersti-
tes, pace,
& bello
clarissimi:
Castellan:
Lanciciën:
Castellam-
Plocensis.
Capitan:
Vyscensis.

Quàm pulchram habent GEBICCII cum virtute honoris proportionem!

Verùm sudabunt ingenia, itinere gloriæ fatigata,

Si per omnes GEBICCIORVM honores, vel ire;

Vel quocunq; passu repere voluerint.

Hæc enim honorum via tam immensa est;

Innume-
ros alios
honores
Gebiccij
gessere.

Ut eam calamus metiri nequeat:
Et quocunq; tandem laus iuerit;
In GEBICCIANO Nepote, DAMBSCIO, metâ inventâ,
subsistet.

Qui tamen metam nullam habet,
PLVS VLTRA progressurus.
PRÆSULE progrediente, siste lector:
BENEDICTIONEM accipis:

Seu ad retexenda facta,
Quæ in GEBICCIANÆ Fasciæ contextu vidisti;
Seu ad fundenda oracula,
Quæ à vocalibus his Imaginibus audisti.
Nunc vnum refer: *quemadmodum*
Gordium nectit religata Sacris
Infula nodis!

Aliæ Imagines celeberrimæ In eadem Virtutis Basilica.

Conjun-
ctio Fa-
milie
Dambsci-
ane cum
precipuis
Magnatū
familijs.



Propiores vidisti Sanguinis Dambsciani colores;
Propè sunt & remotiores,
Seu Consanguineorum, sed sine rubore; seu Affinium, sed sine fine:
Nihil erubescunt celeberrima Nomina;
Ad quorum splendorem inflammato vultu, rubescit mundus:
Neq; terminum patitur, semper alijs, alia contermina Laus.
Aliarum, in alia, operam non amittere; magna artis opus est.

IMAGINES FAMILIARUM DAMBSCII CONNEXARUM.



Mythicam pictorum artem æmulatus Honor;
Carum & rarum Imaginum opus, exposuit:
In una omnes definivit,
In omnibus unam finivit.
Una eademq;, alia videbitur;
Si aliter videatur.
Quidquid indicaveris; aliud iudicabis,

Et ta.

Et tamen idem:

Ex arte Pictorum.

Qui solas quandoq; lineas, in toto, directè ostentantes;
Eruditum opus, à partibus, ostendere intendunt.

Hoc in DAMBSCIANA *Imagine* vis approbare? proba.

Arcuatim suspicis? Sagittas suspexisti,

Sub arcu gloriæ SAPIHANÆ, & KADZIDLOVIANÆ:

Ex arte Magni Nominis.

Illud nempe per plura circumferetur elogium,

Si tot ora in sui laudem aperiat;

Quot vulnera:

Litentur vulnera cordi: eorum Magnitudini in hostiam;

Qui ampliantur in ipsis vulneribus hostium.

Collige visuales radios in umbram; Lunam leges.

HLBOVICIORVM, DANILOVICIORVM, MIASKOWSCIORVM.

Qui dum per Fasciam GEBICCIANAM transparent;

In auge Lucis DAMBSCIANÆ apparent:

Ex arte Sangvinis.

Qui quoties Lunam purpurat serenitatem portendit:

Non tamen sine aureis Affectuum imbribus.

Quodsi caput demiseris; eriget Vrus suum, †

In LBSOZYNIIS, LUBINIIS, SOKOŁOWSCIIIS, GRABSCIIIS.

Capite nascuntur,

Tum ij; quorum consilijs, velut in pedibus Patria stetit;

Tum ij; quorum zelo Ecclesia Mater extulit caput:

Ex arte Coeli.

Pedes namq; terram, capita caelum spectant.

Immerge totos splendori oculos:

Emerget hinc honoraria OPALINIORUM Oneraria,

Velleris aurei ferax;

Quo Insulæ formentur.

Purpuræ ornentur:

Ex arte Religionis.

Quæ si ornetur; exornat:

Servando, perdit; effundendo, auget nitores.]

Expendo decussatas lineas; pendent Crucis signum,

342
Sapieha-
rū stēma,
Sagitta,
Kadzidlo-
viorum,
Dimidia
Sagitta,

In fem-
mate, Lu-
na.

Per con-
iunctionē,
cū Gebic-
cijs, ha-
bēt dāb-
seij con-
iunctionē
cum Sa-
piehana,
Hlebovi-
oiana, a-
lijsc̄ cla-
rissimis
Familijs

†
In fem-
mate, Vri
Caput,

In fem-
mate
Navis.

In stem.
Cruz. Ieu *Luna*, Ieu *Arbori seeta* infixum:
Illud **POTOCCIORUM**, istud **GRZYMULTOWSCIORUM** insigne est
Signativum *Nominis*, designativum *Numinis*:

Ex arte Decoris.

Vt frontes; ita fortes, cruce decorantur:

Accepturi osculum pacis,

Quam Ecclesia communicet;

Patriæ, post **Martios** amatores, dulcius libet.

Soli oppone Tabulam, tot **Heroum** soles continentem;

Refractus radius, **SOLEAM** indicabit,
Infracti animi indicem.

In decursu confragosi virtutum itineris,

Iter soleæ assequeris; si à soleis recesseris,

Conversus ad **POLONOS SOLES**,

KONIEGPOLSCIOS, **WIERZBOWSCIOS**,

MYSZKOWSCIOS, **ZAPOLSCIOS**,

Patriæ lumina, luminum **Patres**:

Ex arte Iustitiæ.

Quæ unicuiq; reddit quod suum est:

Effusos splendores, in suos refundit **Authores**.

Adsta iterum **Spectator**; **IOVEM STATOREM** crederes;

Nisi sub Iove **Polono** natum, **ZAMOYSCIORUM** **Nomen** scires

Tange manu, si visu non attingis,

Grandibus dextris, dextrè agitas *Hastas*.

Disce palpare *pectus illud*;

Quod nunquam didicit palpitare:

Ex arte Magnanimitatis.

Clare spectantur Principes; sed Herodes clarissime:

Inter quorum splendores, dum chalybs micat;

Non vnam lucis addit micam.

Specata per tubum; en *Virginem*,

Seu super *Vrsum*; Ieu cum *Tubis*:

In stem;
Virgo.

Virile istud, **PRZYIBMSCIORVM**, & **DĄBROWSCIORVM** **Symbolum** e

Ex arte Claritudinis.

Virtus utiq; umbras stemmatum declarat;

At istæ umbræ, virtutem clarificant,

Intro

Inter Purpure, ipsasq; Ignei Martis flammis.
Specta supernè, En Turres,
GRVDZINSKIANO HONORI NVTANT: †

Ex arte Meritorum.

Quæ si procerè assurrexerint;
In sinum Procerum sese demittunt.
Specta avidè,

Explebit videndi famem, Frumenti Aceruus:
RYSINSKIANÆ Dignitatis alimonia hæc est:

Ex arte Temporum.

Providum Oeconomum Tempus agit,
Gesta è tumulis Majorum egesta,
In cumulum magnitudinis congerit:
Vt Patrum in Filijs sustentet vitam.

Specta infernè. En Vomeres MADALENIORVM,

Longo splendentes ab usu,
Secundo gloria stadia politi,
Sectando literarum studia expoliti:

Plocensis quoque Ecclesiæ areas exarârunt:

Ut ijs antiquissima DAMBSCIORUM PINVS fortunatè insita,

Antecessoris culturâ gauderet:

Ex arte Virtutis.

Quæ sudore frontem perluit,

Frondebis Ecclesiasticæ Arboris, incrementũ datura:

Vt ubi frondes gemmaverint;

Sudoris guttæ in gemmas concretæ videantur.

Specta plenè: obvium namque habes Leonem
KRISCIORVM, ZARBMBARVM, SOZAWINSKIORVM,

Qui genere, & generositate Leonem æmulati;

Apertis oculis ad famam nascuntur,

Nesciunt limulos, ad plenum veritatis conspectum sublimati:

Etiam tum, cum alieno gremio geruntur;

Gestorum plenitudinem sustentant.

EX VNGVE (vel si placet, ex OSSE, & lineâ & linguâ maternâ)

Nolce Leonem.

Etiam in ijs qui dormierunt somnum mortis; non claudit oculos;

H

Vel

Præter
plures v
triusque
Familie
Senato-
res, Præ-
ienski
fuit Præ-
fectus Ar-
tillerie
seu gæci
Martis.
†
In stem.
Turres.

In stem:
Aceruus
Frumenti.

In stem:
Vomeres.

Ilmo so-
nauëtura
Madalen-
ski Antec-
essor in E-
piscopatu
Plocensi,
Illustri-
ssimi Dab-
ski.

In stem:
Leo.
Leo dr.
apertis o-
culis nas-
sui; limif-
que non
aspicere.

MATER
B. Stan:
KOSTCÆ
Fuit de
DOMO
Krisciorskæ

Vel quòd illi omnes, posterorum gloriæ invigilent;
Vel quòd in omnibus, unus KOSTKA,
é coelo, spectatores confanguineos defigat oculos,
in alterum sui Nominis Præulem STANISLAVM,
Se ipsum in eo contemplaturus:

Ex arte Pietatis.

Quæ lineas splendorum contrahit in se ipsam,
Humilitatis præcepta audiendo;
At extendit in alios, exempla dando.

Spec'ta planè,

*In stem:
Fascia.*

Porriget se planities Fascijs intrata,
Ad ingressum Famæ CZARNKOWSCIANÆ & GORSCIANÆ.
Diceres GEBICCIANAM Fasciam ad id valuisse;
Vt socias sibi adsciscere valeret:

Quèis colligata CZARNKOWSGIORVM fastigia, in tabulas adduceret;
Nominales quoq; GORSCIORVM montes complanaret:

Ex arte Prudentiæ.

Quæ ima imis, summa summis conferendo;
Ex adoveis facit aream:
Et sic semper in plano ambulat.

Spec'ta rectè,

*In stem:
Murus.*

Cingèris erecto KONOPACCIORVM Muro:
Ne à recto deflectas,
Si Murum hunc, Honoris præsidium dixeris:

Ex arte Fortitudinis.

Quæ se murum pro DEO opponens,
à DEO ipso gravissimis Honoribus impugnatur:
aut contra onera veriùs propugnatur.
Pugna enim cum honore, honoris est propugnaculum.

Spec'ta obliquè,

*In stem:
Cygau.*

Offèdes Olorem TREBICCIANVM inoffensâ voce modulantè:

Ad cujus sonum, veluti citharam Amphionis,
CRACOVIA videt muros affurgere,
Ad cujus vltimam vocem,
Bonorum omnium corda liquescunt:

*Andreas
Trzebieckè
Ep: Crao.*

Ex arte Publici Amoris.

Qui inter liquidos virtutum colores, in affectus eliquescit:

Spec'ta

Specta accuratè,
Odore liberæ à curarum spinis ROSÆ
PSTROKONSCIANÆ & NIEMOIEWSCIANÆ

In stem:
Rosa-

latiaberis, non fauciaberis :

Ex arte Confilij.

Quod curas omnes ad Rempublicam transfert,
Eamq: circumsepit.

Ne privatis multorum pungatur stimulis.

Specta curiosè,

Accendent spectandi desiderium auita Cera
KONARSCIORVM, BYKOWSCIORVM, SMUSZBWSCIORVM.

Eorum
Familia
Clariffi-
ma.

Ex arte Nobilitatis.

Quæ sine fumo inclarelcens, fumosas efficit *Imagines.*

Specta intentè,

Distrahent temer *Splendorum Scenis,*

GLEBOCCII, KOŁUDZCII, TRZBUCHOWSGII, KRETKOWSGII:

Ex arte Amplitudinis.

Quæ dum *spectaculum Nominis* apparat ;
Se ipsam pro apparatu exhibet.

Specta à Latere,

Non latebit latissimus *Gloriæ campus.*

In quo Polonia polis prælentat ,

Honoribus collustratos, lustris innumeris honorandos,
MODLIBOWSCIOS, WITVSCIOS, ROGALINSCIOS:

Ex arte Famæ.

Quæ annorum *vetustate non veterascit.*

Respice adhuc, *hinc, inde, à partibus,*

Videbis *quæ loqui non licet, etsi lubeat :*

Plura enim DAMBSCIANIS Tabulis sunt inserta ;

Quàm asseras, vel edisseras :

Ex arte Libertatis Polonæ.

Quæ *cùm libero ore loquatur*, eloqui tamen non potest domesticos fulgores,
Vinculorum impatiens, vinculo *neccesitudinis* tenetur

Tam soluto,

Ut ne decurrat omnes decores,

Qui ad se concurrunt,

H₂

Sangvi-

Sanguinis viâ, *necessario*:

Affectuum nexu, *libere*.

Sic omnibus vnicum hoc Elogium:

Quôd nullam in particulari excipiant laudem;

Omni exceptione maiores.

• *Libertas gloriam inchoat, necessitudo absoluit.*

Reflecte te tandem,

ARTIFICIOSAS, tot Sarmatiae siderum, IMAGINES

In PRÆSULE DAMBSCIO reflexas considera.

Maximus est splendor per plures domos dispersus;

Sed maximo maior, in una collectus:

Si ibi lucet; hic ardeat est necesse:

Ex arte Artium.

Brevis via est, quæ ducit per plura exempla:

Et unius artificem honorem, ex pluribus cognoscere;

minus quàm compendiosum est.

Incîdat omnium ætatum status:

quantopere

Imago Faciẽ quæ referat Dei,
Formetur Ipsis Numinis Ar-
tibus!



SACRA:



344

SACRARIUM TRIBUS INFULIS ORNATI HONORIS.



Amplicissimi Basilicæ hujus parietes. qui prævijs tanti Hospitis exceptoribus, Familiarum splendoribus, Te intra capacissimum Honoris Sacrarium excipiunt, in ejusmodi magnificentiam, Tuo Nomini assurgentes consecrârunt moles; vt non infulatam modò præsentiam, in tanta officiorum assistentia caperent faciliùs; sed feliciùs quoq; caperentur Tua vnus dignitatè, quam Tecum infers. *Præsulum Fortunatissime.* Nihil in hoc sacratissimum Tuæ magnificentiæ Domicilium Tecum ingreditur; quod non in eo reperias: nihil tamen in illud ingressus, reperis; quod non Tecum intuleris. Magnates hi, tot porrectorum in statuas Numinum vulcus, Tui Honores sunt. Structura hæc pulcherrimo circum apparatu succincta Tuæ vitæ diebus, & annis constitit. Apex hic tribus Tuaris infulatus, Tuæ dignitati acclinis nutat: quia per Te accipit, vt assurgeret. Aram deniq; raro cultu formatam, Honorum & Virtutis ignibus illustrem, pensilium Cerarû anathemate gravem, sudantem sub victimis, fumantem sub holocaustis, Te ipsû reputa; in quo vno, Natales Illustrissimi, tot Purpuratorû Quiritum sanguinem, Tuæ Fortunæ; Tua Fortuna, Meritis; Merita, Virtutibus; Virtutes, Ecclesiæ Orthodoxæ; Ecclesia, Honori Infulato; Honores Infulati, Te ipsum, in Te ipso, Tibi ipsi dedicârunt. A Te habuit humilis demissio nostra quod Tibi erigeret; à Te habes, quò sublimem Tuam importes dignitatem. Extraneus multis Infulatus Honor; Tibi factus est Domesticus; vnicus pluribus; Tibi multiplex: pluribus inaccessus; at vltro se

Tibi submisit: reveritus Præfuleâ Virgâ castigari, si non ei vitta-
tum caput insterneret; in cuius capite, veluti Honorum funda-
mento firmiter stetit. neq; contra politioris genij dictamen
quidquàm peccavit, quòd in tanta omnium, majestate plenissimi
vultûs Tui, reverentia, solus sit ausus còperto capite compare-
re, tribus Infulis pileatus. familiaris quippe Tecum ej fuerat
agendum: cum quo idem ipse effectus, simul natus, vitæ & offi-
ciorum socius, contubernalis, & semper intimus, in hoc publico
Tuæ amplitudinis teatro, in hoc augustissimo Tuæ virtutis pe-
netrali, Infulatae Dignitatis Sacrario, simul in conspectum; & si-
mul in occursum prodit: amat Tuo adhærere lateri vestigiorû
Tuorum observator. Legatum à Latere non immeritò nomi-
nare liceat Honorem Tuum: tamdiu namq; virtutibus DAMB-
SCIANIS obsequiosus, vnâ Tecum, & pro Te perarduû ne-
gotium aggressus, per omnes meritorum gradus, gloriososq;
officiorum ambitus expeditione factâ, à latere Tuo non est di-
vulsus; donec quâ Familiarum impendio, quâ meritorum com-
pendio, referatis Dignitatum postibus grandi huic negotio; ad
quod perficiendû Tua virtus eum legaverat, per justissimas vtri-
usq; partis còditiones, & Te intra sui Sacrarij latitudinē fortunatè
còcluderet; & ipse intra Te, Tuæq; mētis altitudinē clauderetur
fortunatissimè. Tametsi nūquã extra Te visus fuerit; qui Te cū
ipsis Lucinæ facibus quæsit, quantò longiori calle, Majorum
Tuorum purpuris, fascibusq; instrato, vestigatum; tantò diutiùs
Infulato conclavi liberè detinendum: quem jam præfaga in vo-
tis tenebat omnium expectatio. Talem Te jam Sangvis nota-
verat; qualem nondum sepia nigtor potuit describere. Quali-
verò Legato Tuo Honori, ejusdem Honoris puncta, quæ in ma-
gna Natalium Curia agitaret, Sangvine Patrio conscripsisses &
obsignasses. Talem Te jam prima prætexta, Ecclesiæ, & popu-
lis ostēderat; qualis hodie in sacro paludamēto compares. Tar-
dum plurimorum incrementum, parvos magnæ spei fructus, vix
in exitu autumnali spondet, & sæpius in albentem, capiteq; hy-

emantē canitiem deijcit: non aliter publico palato porrigendos; præterquam si prægustati jam & præmorfi, Parcarum faucibus surripiantur: at Tu in ipso vernantis ætatis flore, maturos jam tum exhibueras; cū habere vix poteras. Adeò Gentilitia Pinus Tua, Arborem illam Apocalipticam in portis platejsq; Civitatis Sanctæ plantatam imitata, in ipsis vitæ januis, veluti in atrio Tui Sacrarij, pro fructibus pensiles Infulas germinaverat. Hac in Arbore jam tum Pastorales Virgas incideras, quibus Ecclesiā Matrē, Patriamq; fulcires; dum adhuc incedendo non suppar, Maternis, Paternisq; fulcireris manibus. Plus dicam, nondum vitalem lucem salutaveras; & jam prælustres Pontificij fulgores in ipso Tuo conceptu, illud de Te præfagium concepisse videbantur; quo Te cognatus Archipræsulibus, Maximisq; Senatoribus Sangvis antè salutavit; quàm vidit. Iam ab Erythra sangvinis magno Magnatum profluvio deriuati, Infulis pro celocibus, pro remo Baculo Pontifico vsus, ad Promontorium bonæ spei, fortunatus aurei velleris, in Tiaras aptandi, Argonauta, visus eras navigare: quò Tuum pro Te Legatum Honorem anteverteres. Immò verò Purpuræ, Trabeæ, Fasces, Clavæ, Sigilla, Scipiones, Annuli, aliq; grandia Senaculi Poloni fulcra, & ornamenta, quæ in Tuo hæreditario Honorum Palatio, Paterni, Materniq; Laticlavij concluderant, quid? nisi huic Sacrario, quod ingrederis, præcludere videbantur. Quorsum enim tot Honorum instrumenta Tibi Majores Tui legarent? nisi præfagirent fore beatissimū illud tempus; quo Fasces excrescerent in arbores: Trabeæ, vertentur in trabes: Clavæ, malleorum vicem supplerent: Scipiones, in columnas ponerentur: Sigillis, Imagines imprimerentur: Infulæ tectum darent: Annuli structuram connecterent: Purpuræ, in aulæum aptarentur: cæteri; pro fastu Polono, apparatus, basi m, aras, ornatum, mensuram, absolutissimamq; numeris omnibus proportionem perficerent, & stabilirent. At pergat Honor occupato jam per hæreditarium jus, Dignitatum Sacrario; publicæ omnium expectatiōni gratus accurrat Nuntius communis lu-

cis viam ingressum STANISLAUM, Avitis itineribus advēn-
tare: verūm & hunc Fecialem præcucurristi magne STANL-
SLAE. jam tum Cunas pro Curulibꝯ inscendisti: & è Senatoria
Domo, ad hoc Ecclesiæ culmen, quo hodie resides, provehereris.
neq; tam virilis adhuc in Puero ausus, corporis angustijs coarctari
poterat; quin per plura virtutis indicia, & oraculis majora Di-
vinæ dispositionis ostenta, in omnes se dilataret: qui talem Te
tunc coluere; qualem modò adorant. Constitissent hîc utinā
Illustrissimi, & Pijssimi, TUÆ PARENTIS Manes; tenuissent
vtiq; currentem calamum, & non inter literarias, at inter suas
etiam sepulchrales umbras, viva planè, & clara illa spectacula
proposuissent; quæ Tuo in vertice, plurimum capace, tres Tiaras
posuisse, per visum videbantur. O quæ tunc Maternum pectus
occupaverant gaudia? quod omen? quæ præstolatio in spe spi-
rabat? quamdiu emortua Morphei effigies magnæ spei spiritu
animabatur; quæ verò nūc gratulatio piam illā Animā redivivo
ferè corpori infundit? cū jam, talem Te ex alto contempler-
tur; qualem in hac lactymarum valle, omnium votis optari su-
spexerat. Intelligit illa, si quando, certè nunc, germanum esse
Morris Somnum: vtriusq; intentio in hoc vnum conspiravit;
vt quod frater inchoaverat; soror absolveret. Tanto comi-
tatus ominum Famulatio, ivisti quò Te Tua Virtus antecede-
bat, Dignitas subsequabatur, quia veloces Tuos spiritus assequi
non valebat. Ivisti per literarum auspicia, non ignarus, inter
Doctorum laureas, Honorum palmas crescere: neq; bene con-
tra periculosos hæreseon, errorumq; ictus, pileata esse illa capi-
ta; quibus non clypeus Palladis in Infulas flectatur. Damnâ-
sti Tu multorum temeritatem, qui prius vngendo capiti, quàm
Cleanthis lucernæ, oleum & operam affundunt: quasiverò non
jam tot sæculis probati Athletæ, essent Præsulei Honores; vt o-
leo delibuti nesciant facilius elabi manibus, nisi pulvere schola-
stico conspergantur: vt in lubrico, quod oleum effecit, appre-
hendantur & non effluant; teneantur, & non corruant: neq; exi-
guum

guum ejusmodi literarij pulveris requiritur; alioqui luteam mas-
 sam conficiet, quâ speciosi pedes Evangelizantium pacem, pol-
 luti, terream quandam pullam induent: ac si non ampliùs ad Sa-
 cræ Dignitatis Natalitia: verùm ad Parentalia suæ Fortunæ
 properarent. Procul à Te hæc malè vnctorum labes: tam
 longè illam deviâsti, quàm prope accessisti ad bravium triplicis
 Coronæ, quam Tibi Ecclesiastica & patria vota in triplici AR-
 BORIS Tuæ apice præfixerunt. Gloriosum hoc & Achil-
 leis passibus calcatum iter spectabat Polonia, curijs Regum
 & Præsulum plaudentibus, Româ stupente. Laudabiliùs
 namque purâsti, rectissimum hunc callem confectum iri; si an-
 tequam ad Honorem pervenisses; ad Honorum diverticula de-
 scenderes. Et ideò divertisti ad Aulam Præsulum Regumq; &
 ecce Te Præfecta Ianuæ Virtus, Iano perspicacior excipiens;
 suspexit statim mentis Tuæ speculum, futurorum præfagum, il-
 laq; Divinorum factorum decreta; quæ non clariorem Te Præla-
 tum inter Præsulis & Regis aulas; quàm Pastorem vigilantiorē
 inter Christiani gregis caulas, clarissimè statuebant, legit, rele-
 gitq; & eatenus Præfuleæ, Regiæq; Gratia non vacuas Arcas re-
 cludit; quatenus in ijs affervatas, Tibi soli ad manū claves Sacra-
 rum Cathedrarum porrigeret. Nimirum vt quarum postes nõ-
 nulli sibi clathratos, vel gravi concurrentium respectuum impe-
 tu; vel gravissimis auri insultibus effringunt; Tu beneficio pro-
 priæ Virtutis, quandocunq; veneris, aperires: funestum existi-
 mans per ruinas Ecclesiæ, in Ecclesiam ingredi. Sive potiùs Ve-
 ritati, malevolentis livoris vindici, per Te cui plurimum fide-
 bat, illas transmisit, ad referandum mutum confusionis carcerem:
 in quem Tuis meritis in contrarium occurrentem Invidiam cæ-
 co impetu, ruiturâ præsentiebat: vt inibi occluderetur, ne videret
 solè hæc noctua; quæ solia, solijsq; gratiosa sidera, toruo respicie-
 bat oculo. Divertisti quoq; in publica Gentium exterarum
 Amphitheatra, & ecce Præco Tui Nominis Fama, plurimos ad-
 miratores & laudatores convocavit: ita vt omnium animæ in
 Tuos vultus transisse viderentur; quibus Tu non intra corruga-

K tam

tam frontem exceptis, vivam quandam, & tot animabus infor-
matam sapientiam, facundiam, modestiam, prudentiam, vitæ in-
tegritatem, omneq; virtutis Sacramentum de Te ipso ministra-
bas. Omnis status, omnis ætas, & conditio Pastorem Te suspi-
cere poterat; qui tantarum virtutum gregem, non humeris modò,
at ipso vultu portaveras. Non alibi habebas opus Infulæ cultus
inquirere; cui pretiosissimum tanti gregis vellus domi fuerat:
invenisti in ipso capite, quo caput redimires: optimū fuerat tegu-
mentū, tegumentū habuisse nullū. Ut quid enim tegeretur? quod
in luce terrarum, extero soli, qui grandis est vniversi oculus, spe-
ctandum comparuit. Et quamvis ea fuerat in virtutum theatro
DAMBSCIANA indoles; vt absq; pari suæ capacitati audito-
rio vel spectatore, non frigidè personam ageret; nihilominus,
quò propiùs ad alienos soles accedebas; eò magis circumfusam
Honoris Tui majestatem accendebas; inde maximè cæteris su-
blimior; quòd Te nulli prætuleris: inde illustrior; quòd supra
neminem elucere volueris. illex splendorum est, splendorem de-
pellens, modestia. Reperit in Te augem Italicum Cælum in-
ter minora tot oculorum astra: ac insitâ Tuis virtutibus vi, pen-
dulos à radijs Tuis omnium vultus attraxit, veluti atomos in ful-
mina olim decoquendos: vt haberet Polona, Romanaq; Ales,
quibus Gygantes Hæreseon, **VERO IOVI, CÆLOq;** bella in-
ferentes arceret. Reperit in Te Parthenopæa Neapolis Sacra-
torem Augustum, plura exemplo, quàm ille lapidibus restau-
rantem: ac inibi quoq; conversos in Te omnium oculos, thauma-
turgâ virtute, in gemmas, olim Episcopali coronæ inferendas
convertisti. Invenerunt in Te Venetiæ Diviniorem Polycratē,
qui Sacram Fortunam Præsuleo olim annulo desponsaret: vt quæ
semper per Orbis refugos salire didicit; hoc orbe circumscripta
Gentiliciam Pinum Tuam transilire nesciret: Ista quidem deco-
ra Tuis iam proludentia Honoribus, in quodcunq; compendi-
osum orbis hospitium diverteres, Tecum importâsti; verùm ma-
jora, maximò totius mundi, Regnorumq; omnium diversorio,

Romæ

Romæ, in Te ipso intulisti. Extulit ipsa caput illud in Tuos occursum redivivum; quod rudibus, Cæsarumq; sepulchris pridem contumulaverat. Stupuit per Te eam se importari sibi ipsi; quam se ipsam in polito marmore Octaviorum, aut phengite distincto Fortunæ domicilio, mirabatur. O quis mihi ingressum illius tunc capitis, animiq; permisisset! dicerem recordatam fuisse suorum Tulliorum, quoties facundiam Tuam delibabat. dicerem revocasse sibi suos Senecas, quoties Tuis de moribus, moralem Philosophiam legebatur. dicerem meminisse illam colossorum, & Arcuum triumphalium, quoties altissimum mentis Tuæ supercilium, & Sapientiam, palmas ex omni disceptatione decerptas, in Arcus lunantem suspiciebat. Si defuere tum certamina in Circo; at habebas potiora spectacula, Virtutis de Te, cum Pallade certantis: ut dubium reliquerint; vtra victoriam tenuerit. Enimvero tam raræ excelsi animi dotes, arrhæ erant, quæ infallibili, quia Romanâ fide, Te ad Aras Infulatas destinatum, Latio, id est, terrarum omnium ore declarabant. Neq; tanta claritas Romæ, ceu in publico Regnorum candelabro, comparere potuit; quin incurreret in lucem Purpuratorum Siderum: quorum splendoribus cumulata, ad apicem Vaticanæ molis eluctaretur. Parvumne id Præsuleæ Crucis symbolum, affectus V Protectoris Regni, Cardinalis S. Crucis in pignus accepisse? Nunquid & Barberinæ Apes non prælibârunt illos flores; in quos Poloni Aaronis Virga, debebat efflorescere? Nô alibi pulchrius ejusmodi flores succrescunt; quàm in Campis Poloniæ, dulci libertate perlitis: non alibi melius leguntur; quàm inter literarum aculeos. Infixisti Tu, purpuratis his Apibus, ingenij acumen, & ideò explicatis benevolentia alis, Pectus Tuû involârunt: Putamusne non exinde Ceram facibus Inaugurationis Tuæ subministrasse? siquid è cereis cellulis liquescentium affectu cordium, melleas gratias de rosis Purpurarum Tibi comparârunt. Imbibisti jam tum cœlicum nectar, quo Pastor gregem Tuum potaturus eras. Acquisivisti aculeos pectoribus, A-

more vulnerandis, peridoneos: nisi existimaverim, quòd his te-
lis, aditum Tibi ad Penetrabile, Ter Coronati Capitis perruperis,
idcirco facilè; quòd non importunè. Si tantum cardinem, Tu-
is ad **HONORIS INFULATI SACRARIUM**, motibus, præ-
fixit Cardinalium favor; quotam putamus magnitudinis Infu-
latæ portionem, ab Alexandro III, in Te defluxisse? Alibi præ-
missa Sacri Honoris initia, hîc planè Honoribus initiâsti. Præ-
stabas nomine Avunculi Tui, Plocensis Episcopi, obedientiam
Ecclesiæ Capiti; & jam ejusdem Capitis pupilla, ejusdem quo-
quæ Cathedræ præstitem virtutem, in Te animadvertibat. Ca-
thedris exstruendis aptissima **PINUS TUA**, Sedi Apostolicæ
visa fuit: nec mirum, quòd Româ mensuram acceperis. Bajulus
Christianitatis Atlas **PONTIFEX**, conspicatus est Arborem
hanc, Capite supposito pondus tantisper relevaturam; hinc
magnam manum, quâ Orientem, & Occidentem complecti-
tur, extendit: ut omnem benedictionem in ejus incrementum
extenderet. Adiecit larga indulgentis gratiæ profluvia: nem-
pe bonus totius Ecclesiæ Pater-familias, secus decursus flumi-
num, arbores grandescere non ignoravit: & quò magis com-
probaret Pinum hortorum apud plerosq; Principes esse delici-
as; adhuc frondenti vertice, Romanæ Curiæ nutantem, in Vla-
dislaviensi Polonorum Camporum viridario, apud Principem
Cleri Senatam, radices agere jussit, autumans Infulas germina-
turam: nec emarcuit spes in germine, quam semper optimo me-
ritorum succo alebas; donec staturam rei adæquaret, immò exce-
deret. Plura enim mereris, quàm emereri possis. Hæc quidem
in facie Orbis & Urbis, Infulati Honoris auguria sanè maxima
legisti: verùm maximis majora in pectore Poloniæ, legenda e-
rant. Ideòq; è publicis mundi Hospitijs, (quanquam natale est
Virtuti omne solum: etiam extra Patriam, nusquam nisi domi
commoratur) tamen divertendum Tibi erat in cor Patriæ,
quasi in speculâ, ex qua Honoris Tui culmina conspicereris: nî
corda ipsa, Tuos adventus anticipâssent, quæ congregata in-
publi-

publicum comitium Lechia, in nuntios commissæ Tibi Commissionis, præmiserat. Ibant pulchro ordine digestæ, tot cordium turmæ, duce Consilio, ne quod illorum in via offenderet: quàm gratus hic erat lusus Fortunæ! excors aliàs, hîc cordata esse debuit; quando tot cordium trochos, in præludium Tuæ dignitatis, flagello suo congruè agitavit: illâ tempestate; quâ Hæresis, Ecclesias flagellabat. Excepisti pronus serium hunc pro DEO ludum, & quidni vinceret? quandoquidem adhuc extra limites Patriæ, tot corda in arces submissa habuisti. Expavit Torunensis hydra Sacrum Herculem, subduxitq; caput à limine Ecclesiæ: quia tot clavis, quot cordibus conteri metuebat. Vellè hîc & alia crebræ Cõmissionis negotia recēsere, quãto omnia studio in præfagiũ Tui honoris conspiraverãt; nisi scirè majora Te in vivis pectorũ tabulis scripisse; quàm in chartam transcribi possent. Viderunt generalia terrarũ Prussiæ Comitia, videtq; hætenus irretortis oculis Polona Ales, talem Te in grandibus, alexq; plenis operibus, multoties Commissarium fuisse; qualem Ecclesiarum, & publici boni amatorem, hodie experitur. Decuerat Caput Tuum publicis curis consecrari: ut jam tum sudare sub Unctione videretur; quando pro Deo & Ecclesia sudore vngebatur, cum Iustitia luctaturum & Zelo. Atque hunc Agonem ita in Te probavit Iustitia; vt Te sæpiùs æquitatis solius, zeliq; reum, ad purpurata Iudicum Tribunalia provocaverit. Nihil tamen laudabilius Iudici obtingere potest; ac eiusmodi reatu non absolui. Sedisti ad clavum iudiciorum, & jam laticlavij splendores Te planè obsidebant. Obtemperãsti ter, Libertati legum Optimæ Parenti, & jam seu prudentiã, quæ Te ad consilia natum, ore Tuo indice, Capite Serenissimi Michàélis Iudice, denotaverat; seu virtute quam ad aras Themidis & Religionis, inter amoris flammæ subrubentem consecraveras; seu sanguine, quem Purpuratus Iudicum rubor, ebulliente ferventioris zeli spiritu, in Te fuerat imitatus, Senatorijs purpuris factus eras Consanguineus. Perpendebas in hac Lechicæ Astrææ

Lance, non sine discrimine; in hoc currentium causarum Hip-
podromo, nec sine cunctatione; in hoc Polono Areopago, non
sine lumine; in hac Assessorum corona, nec sine plano; Regum
Regnorumq; statuta: & iam præponderantibus sacris, inter fo-
rensis, judicijs, in statere Divinorum de Te Cleri Iudice Decre-
torum appensus, & *plus habere inventus*; jam expectanti-
bus Te Cathedris, discretum inter præcoces judiciorum impe-
tus spiritum consecutus; jam ardentibus in Tui desiderium a-
ris, ab umbris scriptæ legis, in publicum Ecclesiæ Candelabrum
assumptus; jam devolventibus se, vltro in Tuum sinum judici-
alibus circulis, per eosdem, ad Coronarios digitorum orbes,
planissimum Regiâ viâ tractum, aggressus; in limine Honoris In-
fulati, ad aras Infulatas, in Cathedra Infulata, Infulatis Numini-
bus, hinc Rigore, inde Lenitate circumdatus, constitisse vide-
baris. Tantùm intererat ab æquitate equos, à curijs currus ac-
quisisse! Non opus habet ad Insulas Fortunatas peregrinari;
quisquis virtutibus in altum devehitur. Atq; hoc rectissimum
per ipsa honoris diverticula, ad honores Tuos fuerat vestigium:
nihilominus rectissimo rectius fixisti, cum per gradus Ecclesia-
sticæ dignitatis ascenderes. Egeras imprimis ô PRÆSUL RE-
LIGIOSISSIME Archidiaconū Plociæ, Oculum dixerim Dice-
cesanum: Quis tam exoculatus, qui non perspicuè videat lyn-
ceam hanc vigilantissimæ solertiæ pupillam, tum quidem in Ca-
pite Avunculi resedisse; postea verò in proprio, fixâ statione
permanсурam? Decuit præiisse Oculum, quò sequebatur Caput:
qui futurus eras Caput Ecclesiæ Plocensis; bono omine, jam
tum Oculus fueras. Semper tamen etiam in manu oculum
portas; qui nihil agis incircumspectè. Gessisti etiam nomen Ro-
zyccianis Floribus inscriptum Coadjutoris Chelmenfis, & ta-
metfi fato succisis Rosis, dignitatem non legeris; ab ipsa nihilo-
minus Dignitate legendum Te didicisti. Nimirum illa Rosa, vel
cedere maluit, quàm coram Te Coadiutore, non erubescere,
candida namq; erat; vel quòd Cultris circumdaretur, prius Par-
carum

carum falcibus concidit; antequam cum Arbore Tua simul germinaret. Conveniebat quoq; æternitati victurum Honorem Tuum; non esse coadiutorem illius culturæ; quâ Rozyccianum Ferrum, ita mortalitatem excoluerat; vt tametsi virtutis, gloriæquæ coloniam duxerit; tumulum tamen sibi præcoce fato effodisset. Si quis tamen tam altas Chelmenfis Agri secturas inspererat; ante omnia Tuam inibi Pinum radices acturam, vel ex ferreo stylo relegere potuerat. Interea Cathedræ Vladislaviensis Præposituram, à *Serenissimo Michæele* oblatam accepisti; cum Ipsi Tu prior validum laudis pondus, Tuo de nomine obtulisses: adeoq; Vladislaviensem Præposituram danti, de Te ipso eandem prior dederas. Neq; enim Tuo laudum valori præponi quidquam poterat; cui firmissima iusti, honestiq; ratio, nullis vnquam postposita respectibus, cui sublimis, nulli difficultati subiectus spiritus, cui augusta mentis indoles, magnitudinis omnis capacissima, Vniuersis etiam Cathedris superiorem Præposituram conciliabat. Putaverim ego, non aliam ob causam Te non petentem, virtute Tua, pro Te, expetitum ad hanc dignitatem; præterquam vt ex alto eius supercilio adventantem ad Te Honorem Tuum Infulatum, conspicereris. Et verò ille Episcopatum Tuorum præsciis, tanquam eorum insignia præferret, ante Te tres manu Tiaras gestare visus est. Ita demùm Tibi restabat in Infulas Vladislavienses ter manum mittere, veluti in urnas Fortunæ, ex quibus faustissimas, Tuiq; in Sacrarium tribus ornatum Infulis, ingressûs prænuntias sortes extraheres. Sortes vocavi Episcopatus Vladislaviensis triplicem administrationem: nec immeritò. Agit sæpe virtus Fortunæ ludum, sed non fortuitum. in candidis eligentium calculis, Præsule dignas animi dotes effigiat, in congerie meritorum reponit, honoribus & pietati immiscet, implet exemplis, religione claudit, signat prudentiâ, in publicum tandem Vigilantiæ conspectû profert: vt viros Apostolicâ prærogativâ conspicuos legat. Nec novum est in Ecclesia, tali sorte Apostolos eligere. De-

bebatur Tibi hæc in eiusmodi fortilegium dexteræ immissio: Sinistrâ namq; cares, qui ternam administrationem dexterrimè tenuisti. vt tres dexteras Tibi à natura commodatas crederemus; nisi centimanam capacitatem Tuæ virtutis esse propriam sciremus. Apprehendisti igitur calculum Czartoryscianâ Cruce notatum; quæ quidem in Archi-præsuleum insigne transferat; at Tibi paria gloriæ vestigia signaverat. Apprehendisti iterum Schedulam Fascijs involutam, quæ quidem Gebicianorum meritorum fasces, cœlis inferendos, colligaverant; at in his involucris, evolutam Tuæ magnitudinis Iliadem legendam potrexerant. Apprehendisti tertio sortem Sarnowscianis Coruis obsessam, quos quidem mortalis Libitinæ atrox denigraverat; at perennaturæ Dignitati Tuæ coruorum annos subscripserat.

Et jam evidens has inter umbras, Tui Sacrarij fulgor illuxit. Longo meritorum itinere, eò tandem pervenisti; quò Te Tuæ faustitatis omina, ab incunabulis promovebant: quò per omnes functionum semitas expeditissima rerum gestarum commendatio devehebat: quò Chelma, quò Volhynia, quò Plocia tot præmissis Honorū Legatis invitaverat. Spectas hoc Tuis à primordijs edificari cœptum, Tuæ amplitudinis Palatium: illudq; ingrediendo comples. Suspicias Celsitudinis Tuæ apicem, tribus Infulis exornatum: nisi forte decem dixisse debueram; Si *Chelmenses* si *Luceoriensibus* adiectas *Brestenses*, si *Plocenses*, & omnibus his, tres *Vladislavienses*; & tres *Pomeraniæ* adnumerarē. ô fastigiū soli DAMBSCIANO Nomini contingendum! Fuere qui altiores Infulas habuerint; qui plurium honorum, aditū ad cordis arcana petentiū, & sæpius non admissorum, concursum videret, nemo. Tibi soli hanc panegyrim Orbis reservavit. Non nimiū coram Te iactent exteri suos Quinque Ecclesiarum Præsules: si enim illis tantus gloriæ splendor, etiā in codices atramento tinctos, refunditur è Quinq; Ecclesijs; quantus Tibi è decem Diœcesibus? Affuderunt hæc omnes, tribus primarijs Tiaris, veluti tribus solibus Te novum Augustum salutan-

350
salutantibus, eas luminum scaturigines; quæ per tot gloriæ, sapientiæ, virtutisq; DAMBSCIANÆ radios pridem diffusæ, nunc verò culminis Infulati concavo exceptæ, dum sese inter ipsius Sacrarij penetrale colligunt; ex tam multiplici radiorum condensatione, Divinæ cuiusdam artis Speculum efformant. In eo Tu dum adhuc in vestibulo es, transparentem, illi micæ lucis effluvio circumfusam VITÆ TUÆ IMAGINEM, speculari. huic soli Sacrarium hoc erectum est, in hac solâ omnes illas, quibus Virtutis Tuæ Basilica exornatur, repræsentatas Effigies, Teq; ipsum speculareris.

Pandisti igitur SPECULUM IMAGINUM, quas expanderas
SACRA STANISLAI VIRTUS.

In eo, ex collectis *Sarmatiæ Numinum* Luminibus,
Divinior PANDORA conflata est.

Nisi quia vni DEO, ad cuius *Imaginem* formata est,
Id quoq; in acceptis debet;

Quòd eidem DEO, & hominibus acceptissima sit

IMAGINUM IMAGO

ILLVSTRISSIMVS ac REVERENDISSIMVS

STANISLAVS

de Lubraniec

DAMBSKI

M *Ajoribus clarus, se ipso clarior, virtute clarissimus.*

Romæ amor, Polonæ Indolis Polus.

Plurium Ecclesiarum Consecrator, sed unius bajulus Portitor;

Quæ tamen ipsum refert; quia viva est, ac illius vita.

Omnibus carus, veritati carior.

Decem Episcopatum Brachium, quatuor Episcopatum Caput.

Ter purpuratus Iudex, ter purpuratus Pater,

Multus in multis Majoribus Purpura Heres.

M

Regum

Regum Elector, Regum Luſtrator.
Pro illis ſudore ablutus, quem fidus amor effuderat;
Hos Iordane, in Sereniſſimum Scutum illapſo, abluendo.
Non hîc jam IOANNES ad Iordanem;
Sed Iordanes accurrit ad IOANNEM III,
Ei obſequioſus; cui fata ipla obſequi vovemus:
Confluxit ad cum? ad quem omnis gloria confluit.
Ut (tametsi littoribus non contentus)
Intra ejus SCUTUM caperetur:
Quod magnitudinis omnis capax eſt.
Ex hac laudum plenitudine,
Derivavit gloria proſtuvia STANISLAVS:
Quibus Merita virtutum colores attemperârunt.
In hoc magnitudinis fundo
Dum Regia Soboli quæreret Nomen
INNOCENTII, ALEXANDRI, STANISLAI;
Invenit auſtum nomen, quod ſua IMAGINI præfigeret.
Quanquam illa nomine caret, qua realis eſt.
Virtutes nomen non habent: quia non in nomine habentur.
Vnicum tamen Præſulis nomen admisere.
Videlicet: digito monſtrari, & dicier hic eſt
In adoleſcentia ſanctior Papyrius, in omni atate potior Metellus:
Capite Chryſippus, manibus liberalior Titus.
Si deſint egeni, quos illius munificentia deeſſe vult;
Interrogentur Eccleſia: & dicent hic eſt.
Declamabit omnium nomine Luceoriensîs Baſilica,
Vel ideò maximè inter cæteras clamoſa;
Quoniam illi Præſul os illud occluſit;
Quod bifida fulminis lingua aperuit.
State Virtutes, Antiſtite de virtute in virtutem procedente:
Quidquid in alijs Imaginibus colligitur; in hac legite.
Invidia tamen hîc cecutit, & exhorreſcit:
Quia velut in ſpeculo ſuam deformitatem videt.
Quem enim non terreat monſtrum hoc, ſi appareat?
Terrebit hîc ſe ipſam quoq; Invidia, & præ terrore corruet,
Neque tamen (etiam allîſa) Imaginem franget, qua eâ ſuperior eſt.
Præſul namq; uſq; ab VLTIMO FINE primas duxit lineas,
In PRIMA uſq; rerum omnium LINEA terminandas.
Pro fundamento colorum, omnia adhibuit: DEVS enim omnia eſt.
Hinc IMAGO hæc Omnium eſt.

*Tota MARIANA, tota XAVERIANA,
Tota PALLADIA, immò CHRISTOPHORA.*

Monstraret id Pallas calamo, qui digitus ejus est;
Nî metueret picturæ artificium confundere.
Simius namq; est virtutum imitator calamus.

351

JAm ergo post Spectatas Tuas, Tuorumq; **IMAGINES**, post apertum Nomini Tuo sacrae dignitatis pessulum, post substernentia se se introcuntibus plantis Tuis lumina, inter assistentia Tuorum Antecessorū, Illustrissimorum Episcoporū Plocensium capita, inter purpuratos Majorum Tuorum Manes, qui Tecum mansuri convenēre, inter vestitas miro fastu Virtutum Tuarum legiones, quæ vt pote Tui in Præsulem Electrices latus Tuum coronavēre, inter gestientia, Ecclesiae, Patriæ, Minimæq; Societatis IESU vota, ingredi Domum hanc Honoris Tui, *Honoribus semper Domestice*. En Te gratulabundo sinu excipit Plocia: habes positam super corda Præsuleam sellam. En prona ruit obviām Pultovia: habes gradus Tui ascensūs super pectora exstructos. En devotissima Nomini Tuo, Minima Societas IESU, in occursum Tuum se se effundit: habes pullatas cohortes ad splendorem vultūs Tui candidatas. En extra se, præ Tui desiderio, egressum ejusdem Societatis IESU Pultoviense Collegium, alterum Te Fundatorem, Fundatoris **NOSCOVII** successorem, gaudijs, plausibus, cordibusq; totis salutat: habes animos Tuæ dignitati ex toto vectigales. En Gentilitia **NOSCOVIANA** Solea Tuis erecta favoribus in arcū triumphalem sese lunat: vade hâc ad *Solidum perenne*. En **NOSCOVII** Bidens, precibus Tibi devotorum coram **DEO** obarmatus, obices (si quos fata interiectura essent, nî Te revererentur) magnâ spe conterit: perge in Domicilium ruiturum nunquam. En eiusdem **NOSCOVII** Sagitta, pectorum pharetris excussa, Tuæ Famæ metitur passus: i, quò vota omnium nostrūm præcessēre. En ipsa **NOSCOVIANÆ** Foundationis monumenta, etsi ruinis, temporibusq; depressum habeant ca-

put; excutiunt tamen pulverem suis oculis in Tuum conspectū
è rudere sese evoluentibus: reduc illorum animam, quam in af-
fectibus ad Te præmiserunt. En per ora Cleri, per exercitati-
ones scholarum, per gaudium deniq; populorum, sonant ubiq;
Tui Nominis elogia: redde in Te ipso spiritus omnium, quos in
expectatione, Tibi consecrârunt. Ingredere Basilicam hinc
dignitatum, *Dignitatibus omnibus Dignissime*. Sacrarū hoc
tribus Infulis ornati Honoris, præeuntibus Meritis, cōcomitâte
Amplitudine, Virtute assistente, succedētib; Prælagijs, Spe pu-
blicâ faustissimos post se eventus trahente, ingredere *Præsu-
lum Honoratissime*. Age tuum officium: pone Aram Imagini
Tuæ: Nomen DAMBSCIANUM ad eandem consecra. Stu-
puerit antiquitas Apollinis Rhenani aram, ex solis dextris ani-
malium cornibus mirâ arte compactis, erectam; stupebit magis
posteritas, ex cornutis Episcopatum, quos gessisti, Tiaris. Alta-
re Deo gratissimum formatum. Super quod ubi collocaveris
Vitæ Tuæ Imaginem spectabit eam Ecclesia: in eaq; optimi
Præsulis exemplar mirabitur. Spectabit Patria: ad eamq; o-
ptimos Senatores conformare studebit. Spectabit minima So-
cietas IESU: immò spectat jam pridem: ad eamq; vel in NO-
SCOVIO Pultoviensi Collegio supplex, prima omnium in
desiderijs accurrens; gratiarum toties obtentorum non imme-
mor, hodie iterū pro Ecclesia, & Patria, pro Templo & Col-
legio, pro scholarum studijs, pro domuum ruinis, pro temporum
casibus, pro vrbis salute, pro Tua imprimis Vita, & Honore,
calamis munitum contra oblivionis injuriam, votivum suspen-
dit anathema.

V O T U M.
MINIMÆ SOCIETATIS IESV
Ad ARAM Honoris, & Virtutis DAMBSCIANÆ.

Exolve tandem Votum minima Societas,

Maxi-

Maximorum pridem beneficiorum rea:

Ex auro, cordium Ignibus probato,

Amore fabro excusam

Appende Tabellam.

Omnia anathemata Præfuli debes; cui te ipsam debes.

Huius ori Benedictionem, & bonam pro te dictionem,

In omni, quam casus tulerit occasione:

Illius manui, vel in Iaroslaviensi Collegio,

Nuper fugiente à facie Lunæ Goticæ,

Debes tantum; quantum Ægyptus Iosepho:

Illi toti plura; quam Romanæ Musæ Mecænati,

Debes quidem; verum nihil dignum potes.

Erigeres Cathedram PRÆSULI; tres ille habet:

Immò sine numero, si omnes enumerem,

Illas quoque; è quibus pro te toties perorabat.

Poneres statuam DEFENSORI; plures ille habet;

Quàm dierum Anni æmulus, Demetrius.

DAMBSCIANIS gratijs arrecti clientes, quid sunt?

Nisi statuæ, de mole cordium exstructæ.

Alius ergo Societati meæ quærendus modus,

Per quem voto, non voti reatu absolvatur;

Confiteatur ingenuè suarum virium defectus:

Præsul utiq; est; indulgere poterit.

Sed nec indulgentia hæc satisfactionem tollet.

Quinimo nova gratia novum votum petet.

Faciendum igitur, quod in nobis est.

Extra nos nil requirit; qui nos beneficijs quærit.

Habemus vetustas DAMBSCIORUM Ceras:

Ex his formemus Linguas, à laudibus pendulas:

Anathemata hæc dabimus

Benefactori.

Qui plura de Societate meretur vnus;

Quàm omnium vota possint de vno.

Formemus Oculos, cordibus inspiciendis aptos:

Anathemata hæc dabimus

Amatori.

Cujus vitæ Imaginem Societas in corde clausit;

Quod ille aureâ gratiarum clavi reclusit.

Formemus Manus, Gedanum vsq; pertingentes:
Anathemata hæc dabimus

Restauratori.

Qui è bustis extulit Societatis Templum,
Illustrius ad præsentiam Maiestatis; quàm antea ad ignes.
Formemus Pectus, adamante durandum:
Anathemata hæc dabimus

Fundatori.

In cuius Pectore Societas spes novas fundat:
Ne vel ab adversis; vel ab averfis frangantur.
Formemus Caput Minervæ ferax.
Anathemata hæc dabimus

Patri.

Qui in affectibus multorum pænè emortuos,
Iterum gratijs parturit Societatis filios.

Verùm enimverò

Minima mea Societas, quantumcunq; voveris; minimum est:
Et si omnia; nihil tamen est.
Excedit Præsul votorum metam, votorum compendium factus.
Nil illi, illo ipso maius vovere potes:
Quia in illo reperis, quod voveas,
Si voves Honores; his dignus est:
Si virtutes; has prenat:
Si fortunas; has tenet:
Si Gloriam; huius Hæres est:
Si gratias; has in omnium cordibus asseruat.
Igitur corda omnium excute, & vota collige:
Immò tota quanta es, in cor omnium conflue:
Ut in salutem Præsulis, affectus vniversorum effundas:
Tu verò ipsa, eorum locò, te totam colloces,
Et pro Arrha suspendas

Intra Aram Virtutis, & Honoris,
In Imagine Vitæ DAMBSCIANÆ.

Incidet aureus Amor vni cordi votum hoc omnium:

DEO AUSPICE,

PLUS ULTRA

auspicare,

353

Attinge Præful Brabium;

Quod Tibi vota Præfixerunt.

Det Tibi DEUS; quod solus dare potest:

Addat annos, de nostris etiã annis lectos.

Amplificet virtutes; quarum Tu sũma es:

Cólervet magnos spiritus; quos infudit:

Affundat omne id; cuius capaces sunt.

Det Tibi cœlum beatos vitæ soles.

Augeat splendores; quorum in auge es.

Det Tibi orbis honores; quos mereris.

Non sit meta; quam non teneas,

Non annales; quos non impleas.

Non anni; quos non vivas.

Nostrum omnium ætatem

vnus Tu vive,

Ecclesiæ,

Patriæ,

DEO,

&

IMMORTALITATI.

